

CLASSIC REPRINT SERIES

DELLA SIGNORIA DI
FRANCESCO SFORZA NELLA
MARCA E PECULIARMENTE
IN TOLENTINO DECEMBRE
1433



by
Giovanni Benadduci

Forgotten Books

GIOVANNI BENADDUCI

DELLA SIGNORIA
DI FRANCESCO SFORZA

11050 NELLA MARCA

E PECULIARMENTE

IN TOLENTINO

(DECEMBRE 1433 — AGOSTO 1447)

NARRAZIONE STORICA

CON CLXIV DOCUMENTI INEDITI



TOLENTINO

STAB. TIP. LIB. FRANCESCO FILELFO

1892

18

DOCUMENTI



Tutti i documenti della presente appendice sono inediti: quelli (e sono la maggior parte) pei quali non si annota il luogo ove si conservano gli originali, furono da me trascritti, per quanto mi fu possibile fedelmente, da un libro di atti consiliari dell' Archivio Comunale di *Civitanova-Marche*, contrassegnato col N. 1, che dal 1428 va al 1446, e di cui si tenne parola nella Prefazione.

La pagina citata sotto il numero progressivo di ciascun documento si riferisce al testo, l'altra che si annota tra parentesi in fine è un richiamo al Codice di Civitanova.

I.

(p. 20).

Capitoli tra il Conte Francesco Sforza e la Comunità di Ascoli.

In Dei nomine Amen. Haec est copia, exemplum, sive transumptum quarumdam conventionum, pactorum, petitionum, obligationum et promissorum factarum et factorum inter ill. et excelsum Com. Franciscum Sfortiam Vicecom. Cotignolae et Ariani Com. etc., et Comune civitatis Aesculi cum sigillis dictor. ill. Comitum, Francisci Sfortiae, et Comunis dictae civitatis Aesculi et subscriptorum manu prefati ill. egregii legum doctoris d.ni Francisci Salimbeni Commisarii dicti ill. d.ni et scriptor. manu Ser Jacobi Matthaei tunc Cancellarii Comunis et pop. dictae civitatis Aesculi, quorum quidem capitulorum et pactorum tenor talis est.

In primis prefata Comunitas et eius cives pro pari voto, grato animo, attenta magnificentia, virtutibus et potentia prefati Com. Francisci contentantur et acceptant quod ipse Comes Franciscus habeat plenum dominium civitatis eiusque comitatus fortiae et districtus.

Dominus excepat et contentatur.

Item concedere pro statu pacifico civitatis quod nullus de domo

BENADDUCI — *Francesco Sforza ecc.*

a

II

illorum de Rocha, qui fuerunt causa destructionis et novitatis, et similiter illi de domo Sancti Angeli nullo unquam tempore possint venire stare et redire seu commorari in civitate et comitatu Aesculi.

Facta conclusa et acceptata supradicta capitula promissiones et obligationes per supradictum magnificum et potentem dominum Comitem Franciscum armorum capitaneum et Comune Aesculi, subscripta propria manu prefati Com. Francisci Sfortiae et sigillata consuetis sigillis magnis prefati d. ni Francisci Sfortiae et Comunis Aesculi ad futuram rei mem. et Aesculanorum cautelam sub an. d. ni MCCCCXXXIII et die XXV presentis mensis decembris, XI indict.

Die 1 januari 1434, XII indict. — Fr. Salimbene miles et legum doctor Commissarius et de mandato dicti d. ni Comitis Francisci Sfortiae signavit et manu propria subscripsit.

Franciscus Sfortia Vicecomes acceptat et subscribit.

La suddetta copia fu collazionata coll' originale dal notaio Giovanni di Francesco Luzi-Pelliccioni di Ascoli, essendo Podestà Angiolo di Palla Strozzi, ai 22 ottobre dell' anno 1438, e da me desunta da una pergamena esistente nell' archivio comunale di Ascoli-Piceno. (Cfr. Indice Pastori).

II.

(p. 26).

Il Tesoriere Boccaccino degli Alamanni intima il pagamento delle tasse per l' esercito del capitano Francesco Sforza.

Bocchacius de Alamannis de Florentia pro illu... Franc. Sfortia Thesaurarius generalis Marchiae.

Universis et singulis Antianis et Prioribus etc, salutem et prosperos successus.

Cum dicti officii nobis adhibita nos merito sollicitum reddit, ut illud pervigili mente curemus, sicut igitur notoria facti evidentia docet, praefato illu. d. no pro exercitibus suis multifarias imminere expensas pro quarum (sic) in provincia ista pecunias praefato d. no debitas cura data est exigendi, ut possit dictis suis exercitibus de ipsis pecuniis providere; ea propter vos et vestrum quemlibet stricte hortamur et rogamus et quantum opus fuerit mandamus, quatenus omni dilatione et exceptione remotis, visis praesentibus, quantitates pecuniarum Cam. re praefati illu. principis et d. ni debitas pro taleis seu aliis quibuscumque causis et occasionibus ad praesens debito persol-

vendis ad nos illas solvendas trasmittere curetis: aliter necessitate suadente de opportuno remedio provideremus. In quorum fidem etc.

Ex Macerata prima die martii 1434, XII ind.

Volumus insuper et mandamus quod in civitatibus, terris, castris et locis ubi praesentes fuerint portatae, banniri faciatis quod universis et singulis a praelibato illu. principe et d.no super tracta grani et aliorum frumentorum gratiam quolibet obtinentes, in terminum XV dierum a die d.i bandimenti computandor. documentum de ipsa gratia debeant coram nobis legitime comparere, alias, dicto termino elapso, ad dictae gratiae beneficium nullatenus admittend.

Solvatis nunptio de suo labore.

ANGELUS SER NICOLAI DE PERUSIO not. etc. (p. 1).

III.

(p. 26).

Il suddetto invia copia delle ordinanze fatte per limitare le spese giudiziarie.

Bocchacinus etc. . . . Thesaurarius, et ad praesens in absentia magnifici d.ni Fnschini a civitate Maceratae, Locumtenens in curia generali.

Ne litigantes et causas agentes in dicta Curia generali coram ipsius Curiae iudicibus, capitulorum et ordinamentorum nuperrime in praedicta Curia editorum, ad rescandum provincialium expensas superfluas, ignorantiam pretendere valeant et alligare, capituli et ordinamenta ipsa vobis et vestrum cuilibet praesentanda, harum serie praecipimus, et expresse mandamus ad penam L ducator. si secus feceritis, Cam. ae incliti et excell. d.ni Com. Franc. applicandor. quod illico post praesentationem dictor. capitulor. vobis factam, ex ipsis capitulis copiam adsumatis seu assumi faciatis, et in primo vro generali consilio seu parlamento quam citius propterea celebrando et congregando, ea publice et palam legi et declarari faciatis, ut omnibus innotescant; alias contra inobedientes quoslibet ad exactionem dictae poenae, ut iuris fuerit, procedetur. In quorum fidem etc. et vobis et vestrum cuilibet per Blaxium Antoni de Castro Floreto latorem praesentium commisimus praesentari, relationi cuius de ipsarum praesentatione dabimus plenam fidem. Quas praesentanti restitui volumus integras et illesas.

Dat. Maceratae in maiori Maceraten. palatio die quarta martii 1434.

MATHEUS DE MONTE not. etc.

Nomina civitatum etc.

Ancona — Senegalia — Urbinum — Monssanctus — Civitanova, etc. (p. 1 v.).

IV.

(p. 26).

Il suddetto fa divieto di asportar grano.

Boccaccinus etc. Mandamus ut nullus audeat aut praesumat exigere aut extrahi faciat de portibus infrascriptar. terrarum, civitatum, castrorum et locorum absque licentia nra aut d ni Philippi, Prioris Sanctae Crucis de Monte Sancto, officialis grani, oley et aliarum grassiarum pertinentium ad illu. d.num Franc. Sfortiam sub poena duplici dictarum quantitatum si huic n.ro mandato contrafeceritis.

Dat. Maceratae die XIX martii 1434.

Portus Recanati — Montissancti — Civitanovae — Sancti Elpidii.
Denunciando omnes alios officiales qui in istis portibus reperirentur.

JACOBUS de mandato etc. (p. 2).

V.

(p. 26).

Il suddetto incarica il nobil uomo Nicolò Antoniucci dell' esecuzione del precedente decreto da Civitanova ad Ascoli.

Bocchaccinus etc. Nobili viro, amico nro carissimo Nicolao Antoniucci civi Firmano salutem et diligentiam in commissis. Cum peculiariter intendamus indemnitati Cam. praefati illu. d.ni diligenter atque cum omni vigilantia providere, et malitiis, defraudationi obviare id circo tenore praesentium te, de cuius fide et prudentia confisi sumus, eligimus et deputamus officialem nrum ad inquirendum et diligentiam praestandam per dictos defraudantes, conducentes vel exigentes granum et blada cuiuscumque generis et omne aliud genus mercantiarum; et ipsos defraudantes repertos cum eorum mercantiis detinere seu detineri facere pro praefata Cam. et ipsos etiam condemnare et punire prout eidem melius pro indemnitate d. ae Cam. videbitur expedire; mandantes omnibus Potestatibus, Capitaneis ac quibuscumque aliis officialibus provinciae praedictae ut dicto Nicolao in dicto suo officio exercendo et in hac nra commissione exagendo praestent auxilium, consilium et favorem prout expediens fuerit et a dicto Nicolao fuerint requisita. Volumus etiam praesentem nram commissionem extendi a terra Civitanovae usque ad civitatem Ascoli inclusive. In quorum fidem ect.

Firmi, die XIII martii 1434.

BARTHOLINUS de mandato Thesaurarii. (p. 2 v).

VI.

(p. 26).

Lo stesso incarico è dato dal Tesoriere Boccaccino degli Alamanni a Filippo Priore di santa Croce per la parte che si estende lungo il litorale da Civitanova in su.

(fuori) Religioso viro d.no Philippo Priori Sanctae Crucis de Monte Sancto, amico carissimo etc.

(entro) Religiose vir, amice carissime, salutem.

Perchè nuy aviamo deputato sopra li decreti et tracte el prudente homo Nicolò Antoniucci da Firmo, incomensando da Civitanova in giù, volimo che la sua lettera sia observata, et voi da li in su osserverete lu offitio, sicchè de giù non ve impacciate, ma sulo de sopra partendo.

Ex Maceratu die quinta aprilis 1434.

Bocchaccinus de Alamannis
Marchiae Thesaurarius (p. 2 v).

VII.

(p. 36).

Foschino degli Attendoli invia ad alcuni comuni della Marca Francesco di Giovanni da Firenze per informarli di cose importanti.

Foschinus de Attendulis pro ill. et excelso Fr. Sfortia... Generalis Locumtenens comunitatibus etc. Montis Sancti, Civitanovae, Sancti Justi, Montisgranari, Sancti Elopiddi, Montis causarii, Montis Luponis, Murri Vallium et cuilibet vrum salutem et felicitatis successus.

Nostrum fidum et dilectum virum, Franciscum Joannis de Florentia, praesentium nrum exhibitorem, pro nonnullis nuperrime quoque urgentibus causis et importantiis exortis de n.ra intentione plenissime informatum mittimus ad vras fraternitates; cui Francisco in omnibus per eum requirendis, prout explicaverit, velit credulam et indubitam fidem impartiri et subito executioni mandare, quae explicabit pro Statu Excellentiae Comitis sine mora et dilatione, ut merito fides valeat in conspectu praelitati Comitis commendari, attribuentes eidem Francisco fidem tamquam nobis ipsis propriis. Et ad istorum clarum testimonium has vras patentes fieri fecimus nostro minori sigillo munitas.

Maceratae die XI maii 1434.

ANDREAS de mandato. (p. 3).

VIII.

(p. 36).

Foschino degli Attendoli partecipa ai Comuni della Marca l'invio di un suo messaggero, Carbone di Venanzo da Macerata.

Foschinus etc. Cum fidelitas omnium nrum civitatum sedulo pro Statu illu. d.ni Comitis hactenus fuerit prona, merito inducunt mentem nram ut omnes vos in necessitatibus requiramus, in his dumtaxat quae maximum Statum et triumphum redundare cognoscuntur pro praelibato d.no Comite. Hinc enim pro his exequendis ad omnes vras comunitates mittimus nobilem virum Carbonem Venantii de Macerata nuntium fidum, cui aliqua commisimus omnibus vobis explicanda et enarranda ex nra parte. Placeat itaque tantam fidem impartiri tamquam nobis ipsis, et omnia pro praelibato Statu praestissime executioni mandare curabitis sine mora et sine dilatione: cum omnia resultabunt in maximum Statum et triumphum praelibati Comitis et quietem et pacem huius provinciae. Insuper praelibato Carbono de victu provideatis etc.

Ex Sancto Angelo in Pontano die XXVIII maii 1434.

SANCTES.

(tergo) Magnificis d.nis Antianis, Prioribus, Potestatibus et aliis officialibus Marchiae Ancon. (p. 3 v).

IX.

(p. 50).

Francesco Filelfo narra quanto arvenne agli ambasciatori di Tolentino presso Eugenio IV per ottenere da Poggio Bracciolini la copia di una Bolla pontificia.

Venerunt Florentiam nuper ad Eugenium Pontificem Tholentines legati publice missi, qui nobilis fortissimaeque coloniae Tholentini immunitatem et libertatem poscerent. Hi ab Eugenio, quoniam ex Picentibus soli Tholentines Francisci Sfortiae viribus fortissime restitissent, ac fidem quam ecclesiae romanae debuerant, inviolate constantissimeque servassent, perhumane excipiuntur, et quaecumque poposcerant, gratis impetrant. Bonus ille vir Poggius Bambalio, cui Eugenius mandaratum (est enim tabularius et mercenarius scriba) quae decrevisset describeret in tabulis, primum quo plus pecuniarum emun-

geret, omnia confuderat ita ut non sapientissimus et eloquentissimus Eugenius, sed Sphynx aliqua locuta videretur. Nec scribere apertius prius voluit quam ad statutam scribae mercedem quinque ac viginti aurei accessissent; cum impudentissime mentiretur: Sic Eugenium iussisse, nec licere sibi pro sua fide scribere aliter. Deinde, ubi tabulae tandem, ita ut antea Pontifex iusserat, confectae sunt, pecuniaeque acceptae vel potius ablatae, ait rursum: tabulas reddere non se posse, quoniam quidquid modo Eugenius voluisset, decrevisset, iussisset, omnino abrogarit. Verum, si ipsi vellent, aliquam fortasse viam excogitaturum, qua cuius gratia legati venerant, continuo assequerentur. Hi vero, tametsi nihil eum sane nec loqui nec excogitare arbitrarentur, vellentque quam maturissime vel eum aliqua pecuniariae rei iactura, suo fungi officio, rogant hominem sordidissimum meliorum in modum ut consilio sibi auxilioque sit. Tunc, ait Poggius: an estis obliti quod inveterato illo usitatoque proverbio quotidie dici solet « *Curiam romanam nolle peculem sine luna?* » Verum postridie reditote ad me. Nunc eo ad Cosmum Medicem, qui cum negotium nostrum difficillimum factum est, curabo tamen aequae ac si esset res mea: afficior enim mirifice vel propter Philelfum ipsum universis Tholentinatibus; sed tantisper dum haec navantur silentio opus est. Nam si quid in lucem extuleritis actum erit de re vestra, itaque mortuis sum locutus. Audistisne vos, inquam? nec ipso quidem Philelfo quicquam. Hi haud secus ac monuerat facturos se affirmantes, rectaque primum eunt ad me: hominis stultitiam miseriamque narrant, et ne id quidem sine animi sollicitudine, quoniam viderent eiusmodi negotium, cui admodum esset maturato opus, unius perfidia in diem trahi. Edocti a me quid faciendum fore, ad Bambalionem in posterum diem redeunt: moxque ad me reversi permagno cum risu inquirunt: profecto quod dici apud nos solet, neminem improbum literis effici meliorem, experimento verum esse animadvertimus. Mihi cum risus tum huiusmodi cavilli causam percontanti respondent: Cum ita mane, ut vides accedimus ad Poggium. Vix enim satis terram manantibus radiis sol lustrabat, magnos illic clamores, magnas turbas offendimus. Erant autem apud illum Nebulonem et viri quidam et pueri: muliereula iuxta assidet forma nequaquam non invenusta « Sed vos interim qui de scyphis » Admirati nos de quibus suddimus: *non habemus*. Ille perturbatus, ingenti cum clamore — « Itē in rem malam, inquit, cum ineptissimis vestris. Num predixeram vobis, Curiam Romanam nolle pecudem sine lana: duobus, inquit, scyphis argenteis opus est illisque non vulgaribus, quorum alterum Eugenio Pontifici, alterum Cosimo Medici quo ad rem vestram uti nunc et internuncio et adiutore dono demus » Cum hoc loquitur nescias qua peste correptus repente corrui. Putabamus nos primum comiciali morbo asinum interceptum

Risum continere nemo poterat

Hoc ipsum nobiscum ipsi ridebamus et si stomachari nos magis oporteret quod adeo ludo simus Pontifici Eugenio. In hydram incidimus quotidie magis atque magis et renascuntur et crescunt nova quaedam vorandi auri capita. Indolui equidem, haec audiens, viri optimates et vehementer quidem indolui. Idque cum ob alias causas tum ob Eugenium ipsum, qui cum et innocentia et iustitia plurimum vizet, huiusmodi hominibus flagitiis, libidine, audacia, latro cuius in alicuius obprobrium suspiciones veniat. Quare iustitiae adire Poggium ipsumque castigare familiaritate primum, deinde si minus ex nostra sententia respondisset, fuis interminari, ut omnia quam primum deferrem ad Eugenium

(Estratto dall'opera di Francesco Fidele che manoscritta si conserva nell'Ambrosiana di Milano — FRANCISCI PHILELHI ORATIONUM IN COS || MUM MEDICEM AD EXSULES OPTIMATES || FLORENTINOS LIBER PRIMUS. Codice membranaceo in-8 di carte 62 di linee 22 ciascuna — V. 10, P. sup. pagg. 7 v. e segg.).

X.

(p. 52).

Qui si prova la signoria dei Conti Mauruzi di Tolentino su Caldarola.

A. 1434: novembre — Libro dei malefizi composto da Bartolomeo di Jacopo degli Aldrovanni da Tolentino, Vicario generale di Caldarola, per il magnifico Signore Cristoforo Mauruzi da Tolentino e confermato dagli altri Mauruzi, Signori di Caldarola. (*Archiv. di Caldarola*, vol. II, pagg. 107-110).

A. 1435 — 1436. Altro libro dei malefizi composto da Cristoforo de Lucarinis di Trevi, Podestà e vicario di Caldarola per i Signori Giambattista, Cristoforo, Giovanni e Balduino Mauruzi. (*Ici*, vol. I, pagg. 11 e 78).

A. 1435: 25 febbraio — Il consiglio di credenza stabilisce di conferire col Magnifico Signore G. B. Mauruzi e di attenersi a quanto la sua Signoria sarà per approvare. (*Ici*, vol. I, pag. 12 v).

Inventarium omnium rerum pertinentium ad defensionem et offensionem terrae Caldarolae tam balistarum, quam bombardarum et etiam pulveris et munitionum verrectonum.

In primis tres balistas cum duobus assicellis et cordonibus ac etiam cum cordore seu mazzacorda legatas ad ianuensem, quae sunt Magnifici Domini *Baptistae*. (*Ici*).

A. 1437. Libro degli atti civili e criminali composto da Domenico Andrea da Urbisaglia notaio ed ufficiale del nobile ed egregio uomo

arco Cola Bonucci da Tolentino, Podestà di Caldarola per i Magnifici Signori, Giambattista, Cristoforo, Giovanni e Balduino Mauruzi signori e Governatori di Caldarola per la s. rom. Chiesa e il PP. ingenio IV. (*Ioi*, Vol. II, pagg. 19-65).

A. 1437. 19 aprile — Feste da fare a Battista Mauruzi che recasi Caldarola. (*Ioi*. V. II, pag. 49 v.).

A. 1440-1441 — Riformanze scritte al tempo del Nobile Ser Barlomeo da Montecchio, Podestà di Caldarola per i Magnifici Batt. Cristoforo, Giov. e Balduino Mauruzi da Tolentino, *dominis, rectoribus, gubernatoribus et protectoribus dicti castri* (*Ioi*, v. II, pag. 1).

A. 1440. 16 giugno — Priores vacantes circa utilia dicti castri unanimiter et concorditer deliberaverunt quod fieret quidam *rebellinus* l. Portam a capite, prout designavit Magnificus d.nus Cristophanus d.nus dicti castri, quod est satis utile et fortitudo dicti castri. (*Ioi*, v. II, pag. 2).

A. 1440. 21 luglio — Quis modus sit satisfieri illis qui dederunt annuum Magnificae dominae Torae (*Vittoria dei Tarlati dei Signori Pietramala moglie a Cristoforo Mauruzi*) mandato Magnifici d.ni Cristophori de Tolentino, pro XX salmis sibi promissis.

Item pro ensenio facto Magnifico d.no *Balduyno* in Burgo Beltritis dum adcessit contra Iosiam, fl. V.

Item pro ensenio fiendo M. cae d.nae Torae. (*Ioi*. V. II, pag. 2).

A. 1442 — Libro dei malefizi composto da Giovan Matteo da Perugia, Notaio, quando era Podestà di Caldarola il Nobile uomo Ser Giovanni degli Ugoni da Brescia e Signori di detto castello i potenti uomini Batt. Crist. Giov. Balduino Mauruzi da Tolentino. (*Ioi*, vol. II, pagg. 35-39).

A. 1445 — A di 27 marzo furono convocati i Parrocchiani di Santartino per ordine *Magnifici domini Balduyni domini dicti castri*.

A. 1447 — Ser Johanni Jacobi (Pallotta) ammassatori trasmisso l. eo d.no *Balduyno* Romam pro factis necessariis et opportunis. (*Ioi*).

XI.

(p. 53)

Il Vicario del Cardinal di Fermo ingiunge la restituzione di alcuni alveari a Frate Stefano di Domenico il quale minaccia di scomunica e multa.

Paulus de Moliano Canonicus Firmanus iuris canci peritus, R. m. n. Dominici miseratione divina titol. Sanctae Mariae in Via Lata aconi Cardinalis, vulgariter Firmani nuncupati, Episcopatus firmani commendatarii in spiritual. et temporalibus Vicarius Generalis.

Prudentibus et honestis viris, prioribus, syndicis sive factoribus

ecclesiae Sanctae Mariae Apparentis de Civitanova, firman. diocesis sal. in d.no.

Querelam nuper recepimus a Fratре Stephano Dominici de Firmo continentem quod dum steterit et residentiam fecerit per aliquod tempus in domibus contiguis dictae Ecclesiae Sanctae Mariae et ex sua industria acquisiverit quamplura examina apium ibidem prope ecclesiam sedentium, et nuper ad mandata prefati d.ni Commendatarii et nostra venerit ad standum ad Gructas Sancti Aegidii locum Episcopatus Firmani, et voluit ipsa examina secum portare tamquam bona sua propria per ipsum ex sui industria acquisita, et vos denegavistis et non permisistis ipsa inde elevare et secum quo voluerit portare contra omne debitum et omne in sui grave damnum. Super quibus petiit a nobis sibi de opportuno iuris remedio provideri. Quo circa volentes unicuique iuxta ministrare, vobis et cuilibet vestrum mandamus per praesentes quatenus infra octo dies prox. futur. a die praesentatione praesent, computandos, quarum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos pro tertio et ultimo perenthorio termino canonica praemissa vobis et cuilibet vestrum assignamus, debeatis dicta examina apium, quantacumque sint eidem Fratri Stephano consignare et consignari facere et ipsum permittere ipsa inde exigere et quo voluerit secum portare poena excommunicationis et XXV lib. den. pro quolibet Camerae episcopali Firmanae applicand. pro ipso facto vos et quemlibet vestrum quorum nomina habeantur pro expressis et declaratis incurrere volumus si contra feceritis ex nunc prout ex tunc preferimus in his scriptis,

Dat. Firmi in n.ra residentia die IV mensis iunii, XII ind.

CICCHUS DE FIRMO not.
Curiae episcop. firm. scripsit.

XII.

(p. 53)

Boccaccino degli Alamanni decreta il monopolio del sale.

Bocchaccinus etc. Noveritis nuper ad nostram audientiam pervenisse, quod nonnulli de provincia ipsa Marchiae Camerae praefati ill. d.ni utilitati et debito detrahentes sal aliunde, aliqui per mare, aliqui per terram, quam a Camera praefati ill. d.ni sive salaria indifferenter accipiunt, quamquam sal tam in provincia ipsa quam extra vendunt alienant et trassmittunt in maximum preiudicium Cam.ae et salariae praef. ill. d.ni, nec non contra ordinem, usum et consuetudinem prov. prelibatae. Qua de re omnibus etc. expresse mandamus quatenus nul-

lus a die praesentationis praesentium cuiuscunq. conditionis aut status existat audeat etc, emere vel emi facere aut emptum sal tenere aliunde quam a Cam. seu salaria pref. ill. d.ni etc.

Dat. ex Macerata die XXI mensis decembris 1434.

ANTONIUS DE CASTROFICARDO
Notarius etc. (p. 5 v).

XIII.

(p. 54).

Foschino degli Attendoli indice un parlamento generale a Macerata e invita tutti i Signorotti e luoghi della Marca a inviarvi oratori.

Foschinus etc. Noveritis, matura deliberatione perhabita, praefatum illustrem et excelsum d. C. Franciscum, pro bono pacis et statu eiusdem provinciae antedictae, decrevisse generale parlamentum fieri debere, in quo proponentur quae eadem illius. dominatio proponi mandavit, ut omnibus provincialibus proponenda, et quae in illo fient penitus innotescant. Tenore praesentium mandamus quatenus quilibet dominus sive Baro ac civitas, terra, castrum et locus in ipsa provincia d.natum habens et positus et situatus provincia in eadem debeat mittere unum vel duos oratores in civitatem Maceratae ad dictum parlamentum ibidem fiendum et celebrandum die festivitatis Pasquatis Epifaniae, quae erit die VII futuri mensis ianuarii, ad audiendum propositas dicta die in parlamento predicto fiendas consultationesque salubres super iisdem prestandas ad poenam nostro arbitrio auferendam contra inobedientes in praedictis. Has autem . . . per Joannem Jacoboni de Macerata Caballarium n.rum vobis et cuilibet vrum iussimus portare.

Dat. Maceratae, die XXV decembris, 1434.

Caeterum mandamus vobis et cuilibet vrum quatenus per totum praesentem mensem solvisse integraliter debeatis residuum et complementum talearum etc.

Nomina terrarum et locor. haec sunt. Camerinum, Macerata, Fabrianum, Sanctus Severinus, Civitanova, Mons Sanctus etc. (p. 6).

XIV.

(p. 60).

Bolla di Eugenio IV in favore di Tolentino.

Eugenius Episcopus, servus servorum Dei. Dilectis filiis, Comuni et universitati terrae nostrae Tholentini, Camerin. Diocaes. salutem

et apostolicam benedictionem. Eximiae devotionis integritas et probatae fidei constantia, quas ad statum sanctae romanae ecclesiae atque nostrum gerere veris effectibus comprobamini, nec non *grata et accepta seroitia per vos dudum memoratae ecclesiae fideliter impensa*, et quae speramus successivis temporibus nobis et eidem ecclesiae impendere debeatis, nos merito inducunt et excitant ut vos et comunitatem vestram specialibus gratiis et condignis favoribus prosequamur. Nuper siquidem pro parte vestra reverenter exposito, quod cum olim illis de Varano in nonnullis romanae ecclesiae terris tunc vicariis praedicta Tholentini terra per sedem apostolicam in feudum fuerit concessa, cum pactis et conditionibus quod pro omnibus muneribus, oneribus et gravaminibus ordinariis et extraordinariis atque mixtis, et pro omni eo quod dicta terra Tholentini et comune, homines ac universitas illius quoquo modo romanae ecclesiae et camerae apostolicae ultra censum et afflictum teneretur sive deberet et solita esset solvere solummodo *centum et quinquaginta florenos auri de Camera* annuatim pro feudo solveret, quas quantitates nec aliquid ultra praedictis de Varano ex forma concessionis praedictae ab ipsa comunitate licebat exigere, prout in triginta annorum continuorum spatio fuisse dicitur observatum; nuncque per mortem dictorum de Varano dictum feudum sit finitum et ad romanam ecclesiam devolutum et supplicato proinde nobis humiliter ut super iis providere benigniter dignaremur.

Nos praemissorum intuitu ac ex certis aliis rationalibus causis ad id animum nostrum moventibus, vestris supplicationibus inclinati, dictam terram, universitatem et homines Tholentini apostolicae sedi et romanae ecclesiae fore immediate subiectos infeudationesque ac concessionem quascumque de dicta terra, universitate et hominibus factas finitas fuisse et esse, ipsamque terram Tholentini revolutam esse libere ad cameram apostolicam ipsiusque terrae universitatem comunitatem et homines fuisse et esse debere liberos immunes et exemptos ab omnibus oneribus et muneribus ordinariis et extraordinariis ac mixtis et a quacumque alia prestatione seu solutione romanae sedi aut camerae apostolicae vel eius nomine faciendis et impositis seu imponendis et pro supradictis et omni eo quod solvere deberetis vel posset a vobis exigere vel vobis imponi, vel dicti de Varano solvere debebant vel debitores restassent, solum et dumtaxat censum et afflictum annuum et dictos centum et quinquaginta florenos auri de camera prout dicti feudatarii solvere solebant perpetuis temporibus solvere teneamini, et ad nullam aliam praestantiam et solutionem onus vel munus quomodocumque vel qualitercumque cogi possitis auctoritate apostolica ex certa scientia ac de apostolicae liberalitatis munificentia praesentium tenore declaramus, decernimus, concedimus et mandamus.

Et insuper volentes vos prosequi favore gratiae amplioris, ut in-

im respirare possitis, vos et dictam comunitatem ac singulas personas eiusdem ab praedictae quantitatis centum et quinquaginta florenarum auri de camera praedicta solutione nobis et dictae camerae pro quinque annis proximis secuturis facienda, praestatione quacumque auctoritate et scientia praefatis tenore praesentium absolvimus, ceteris etiam liberamus, dictamque solutionem centum quinquaginta florenarum quinque annorum vobis et dictae comunitati mittimus et gratiose donamus; mandantes dilectis filiis, rectoribus, dilectoribus et thesaurariis ac caeteris officialibus et personis provinciae Marchiae praesentibus et futuris caeterisque, quorum interest vel interesse poterit, in futurum quatenus absolutionem pecuniarum centum quinquaginta florenarum quinque annorum, quas, ut praefertur, integraliter remittimus et donamus, vos aut comunitatem et universitatem praedictam inde nullatenus realiter vel personaliter impediant vel molestant ac cunctas sententias irritum et inane si secus a quoquoque auctoritate legitime emanantes vel ignoranter attemptatum est forsitan hactenus vel in posterum contigerit attemptari constitutionibus apostolicis et statutis ac consuetudinibus terrae et provinciae praedictarum et aliis contrariis in obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae declarationis, constitutionis, concessionis, mandati, absolutionis, donationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Onnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Dat. Florentiae. anno Incarnationis dcaee, 1435, pridie nonas maii, pontificatus nri anno V.

BLONDUS

(Dall' Archivio Comunale di Tolentino).

XV.

(p. 60)

Il Tesoriere Boccaccino degli Alamanni intima il pagamento delle tasse per l'esercito sforzesco.

Bocchaccinus etc. Cum pro sustentatione et solutione gentium militantium stipendia illius dñi militantium maxima pecuniae quantitate ad nos indigeamus, universas et singulas provinciae Marchiae civitates etc. praesentes inspecturas, praesentium tenore hortamur et rogamus ipsas et mandantes quatenus pro earundem gentium sustentatione de praesenti prima sextaria praesentis anni 1435 incepti et prima prox. pract. mensis ianuarii nobis infra terminum quin-

XIV

que dierum sequentis mensis martii infallibiliter debeant subvenire et effectualiter solvisse et consegnasse sub poena contrafacientibus nro arbitrio auferenda.

Ex Macerata, die XVIII february, 1435. (p. 6 v).

XVI.

(p. 60).

Boccaccino degli Alamanni ordina l'invio dei soldati nel numero stabilito a ciascun comune marchigiano nel parlamento di Macerata.

Bocchaccinus etc. Noveritis nuperrime nos ab ill. dno in mandatis suscepisse, qualiter vobis vestrumque cuilibet pro parte suae Dominationis intimare advisareque deberemus, quod ad omnem requisitionem praefatae suae Dominationis quaelibet vestrar. infrascriptarum Comitatum rata msive tassam peditum in parlamento in festo Epiphaniae prox. praeter. in civitate Maceratae celebrato, constitutam et deputatam, ut decet, bene et ydonee paratam, ac armi squibuscumque decoratam constituere deputare deberetis, preparatam aptamq. ad primam eiusdem Dominationis suae requisitionem ad iter assumendum, mandatisq. parendum. Quapropter, cupientes, ut tenemur, mandatis eiusdem Dominationis parere, vestrorum quorumlibet devotionem et fiduciam, quam vris experienciis erga statum et complacentiam eiusdem Dominationis gerere comprobamini, ortamur et querimus et monemus instantissime ut vota prefati ill. dni in huiusmodi peditum preparatione, omni temporis dilatione intervalloque reiectis, cum visis presentibus, condiscendere velitis ac dignemini, mandatisq. eiusdem in praedictis, quae statum exaltationemq. suae ill. Dominationis pacem tranquillitatemq. huius provinciae concernunt, more solito, solerti vigilique cura parere executionique mandare curetis atque effectuose studeatis; quod eidem Dominationi gratissimum ac utilissimum erit. Nos igitur in singularem gratiam adscribemus etc.

Ex Macerata die XIII aprilis 1435.

ANTHONIUS (p. 6 v).

XVII.

(p. 64).

Decreto per il pagamento delle tasse del Tesoriere Boccaccino, Luogotenente della Marca, durante l'assenza del capitano Foschino degli Attendoli.

Bocchaccinus de Alamannis de Florentia pro ill. dno Fr. Sfortia in Marchia Generalis Thesaurarius et in absentia magnifici dni Fuschini LOCUMTENENS.

Cum nonnullar. solutionum per vos de presenti fiendarum de praefati ill. dni voluntate gravamine oppressus (sic) oporteat pecunias Camerae suae ill. Dominationis debitas summo opere exigere, ipsasq. prout habemus in mandatis, distribuere, tempusq. solutionis censuum et affictor. praesentis anni maxime sit decursum, per praesentes omnes et singulas infrascriptarum civitatum, terrarum et locorum universitates monemus et instantissime rogamus, ut in octo dierum terminum a die praesentium praesentatione, dictos census et affictus effectualiter solvere curent et velint, adeo ut mandatis ipsis condignam valeamus praebere obedientiam, rogantes denique ipsarum omnium quorum interest prudentiam, ut eorum solitam diligentiam fiduciamque in preceptis nostris imo praefati ill. dni votis dignetur impendere etc.

Ex Macerata die IV iunii 1435. (p. 7 v.).

XVIII.

(p. 65).

Andrea Abbate di San Ruffillo, Giudice ecclesiastico della Marca, invita i Comuni ad inviare a Macerata deputati per riferire circa i malefizi del clero: obbliga gli ebrei a portare sulle vesti un contrassegno giallo che li distingua dai Cristiani: fa divieto di vendere oggetti sacri ai suddetti ebrei.

Andreas Abbas S. Roffilli de Forlivo. Judex super spiritualibus in prov. Marchiae Ancon. pro Fr. Sfortia etc.

Potestatibus, Prioribus, Regiminibus, Comunitatibus et universitatibus salutem.

Harum serie vobis et vestrum cuilibet expresse precipimus et mandamus, ad poenam in constitutionibus prov. predictae contentam si secus feceritis, quod tamen non credimus, quod in termino octo dierum prox. futur. post praesentationem praesentium computandorum ad nos in civitatem Maceratae mittatis et mittere in effectum debeat syndicos electos et deputatos per vos ad maleficia referendum, quae committerentur per clericos quoque modo cum eorum plenis super hoc mandatis ad iurandum et iuramentum in manibus nostris prestandum de eorum officio bene et legaliter ac fideliter exercendo et ad alia facienda quae de iure et secundum formam constitutionum praedictarum, alias dicto termino elapso contra vos et vestrum quemlibet procedetur ut iuris fuerit, secundum formam constitutionis. Item per vestras civitates terras et loca singula, singulis referendo bandiri faciatis per publicos precones, publice palam et alta voce nostra parte et mandato quod quilibet Iudaeus masculus et foemina non de-

XVI

beat incedere intra Christianos extra ipsorum domus sine signo rotundo coloris gialdi extra vestes designato sive appposito ad monstrandos se Iudaeos et quod possint recognosci a Christianis. Auditis bandimentis mandantes ipsis Iudæis quatenus mandatis predictis debeant effectualiter obedire ad poenam X ducator. Camerac ill. principis, Marchionis ipso facto applicandam contra quemlibet contrafacientem exigendam de facto.

Item quod nullus Iudaeus accipiat ab aliquo clerico aut alia persona aut retineat aliquo colore quesito aliqua vasa sive ornamenta ecclesiastica sive ad ecclesiam quamlibet pertinentia sub pignore aut alio quoque modo ad poenam perditionis eius quod mutuarit, et decem ducator. auri Camerac praedictae applicandorum etc.

Dat. in civitate Maccratae die IV mensis iunii 1435. (p. 8).

XIX.

(p. 69).

Alessandro Sforza Luogotenente della Marca richiama in vigore l'obbligo fatto ai Comuni di ottenere la conferma dei loro Podestà.

Alexander Sfortia de Attendolis etc, Marchiae etc, Locumtenens generalis.

Universis Comunitatibus etc.

Intelleximus vestrum quamplures Potestates habere sine nra confirmatione ut vestror. capitulor. per ill. dnm (Fr. Sfortiam) vobis concessorum decretationes dictant. Quamobrem vestrum cuilibet quibus tam ex forma prefatorum capitulorum quam privilegiorum confirmatio nra in admissione Potestatis et aliorum officialium opportuna et adhiberi solita est, mandamus ut siquos officiales non confirmatos acceptastis, nemini ipsorum salarium debitum de cetero persolvatis, sub nostri poena arbitrii: iniungentes etiam prefatis officialibus poenam C ducatorum ut in octo dies pro dicta confirmatione consequenda personaliter ad nostram praesentiam se conferant, si ipsam non habent; alias dicto termino elapso, si quem reperiverimus inobedienter ad dictam poenam persolvendam, eum debitis iuris remediis actabimus.

Ex Monte Sancti Petri ab aleis sexta noc. 1435. (p. 8 v).

XX.

(p. 69).

Editto di Alessandro Sforza contro i malfattori, e contro i soldati provenienti dalla Romagna.

Alex. Sfortia etc. Quia praesensimus homicidas quamplures et scelestos et facinorosos homines in praesentiarum moram trahere.

qui, commisso delicto in terra una, ad aliam se conferunt, ibique tute et secure se habent; cumque hoc prelibato ill. d.no et nobis iniustissimum visum sit, et provinciae pessimam conditionem afferre, decretum est iustitiam integram et illibatam ubique servari. Quomobrem harum serio vobis mandamus ut quoscumque homicidas, rebelles, latrones et alios quoscumque personaliter condemnatos sub nris iurisdictionibus reperire contigerit, ipsos capiatis, seu capi faciatis in carceribus sub bona custodia tenendo donec nobis intimetis. Ceterum si qui armigeri ill. prelibati dni deinceps sub nris iurisdictionibus venerint, eos nullatenus receptetis si vobis non ostenderit literas prelibati ill. d.ni aut n.ras; et predicta intelligi volumus de his qui ex Romandiola veniunt et allogiamentum peterent.

Ex Monte Sancti Petri ab aleis, VI noc. 1135.

BARTOLINUS (p. 9).

XXI.

(p. 73).

Elena Tomacelli, consorte del Furlano, intercede presso quei di Macerata in favore di un tal Domenico da Francavilla.

(a tergo) Magnificis tamquam patribus honorandis, prioribus et Comuni Civitatis Maceratae.

(entro) Magnifici Priores tamquam patres honorandi.

Io ho presentito ch' el v.ro Podestà ha prisò Domenico de Francavilla, prego le S. V. ch' el Podestà voglia soprasedere per fino a tanto che lo illustre Signor Conte scrive altro per amore del mio magnifico Taliano et per mio et per amore de Troylo, perchè lui non porria essere più nostro intrinseco amico quanto è; advisando le S. V. che Marcho figliuolo del detto Domenico è famiglio intrinseco del detto Troylo de Rossano compagno de lu Ill. Sig. Conte, offerendome sempre ad cosa ve sia de piacere.

Ex Urbisalcia, VII septembris, 1436.

ELENA de TOMACELLIS consors magnifici TALIANI.

(Dall' Archic. di Macerata, sub. a).

XXII.

(p. 73).

Alessandro Sforza scrive a quei di Macerata sullo stesso argomento.

(a tergo) Magnificis tamquam patribus carissimis, potestati, prioribus et Comuni Civitatis Maceratae.

(entro) Magnifici tamquam fratres carissimi.

La magnifica madonna Helena de Taliano Furlano ce ha scripto li facciamo compiacere d' uno Domenico de Francavilla in compagno

BENADDUCI — Francesco Sforza ecc.

b

XVIII

del prefato Taliano. Ve preghiamo per suo respecto et n.ra intercessione ve piaccia compiacero a la prefata magnifica madonna.

Exeuli, XII septembris, 1436.

ALEXANDER SFORTIA.

(Dall' Archio. di Macerata, sub. a.).

XXIII.

(p. 73).

Elena Tomacelli insiste per la liberazione di Donico da Francavilla.

Magnifici etc... Io mandai l'altro di el nobile homo Johanni Antonio da Rotorseio a domandare in dono Domenico da Francavilla et mo al presente Miser Alexandro me scrive che io mandi per detto Domenico e che le S. V. ecc.

Ex Urbisaloia, XIV septembris, 1436.

ELENA de TOMACELLIS CONSORS magnifici TALIANO

(Dall' Archio. di Macerata sub. a.).

XXIV.

(p. 73).

La medesima ringrazia e manda Don Rainaldo riprendere Domenico da Francavilla.

Litera d. ne Helenae Comuni Maceratae in gratiarum actiones restitutione supradicti Dominici, in qua ecc... Vene da vui il verabile homo Don Raynallo al quale ve prego dagate el detto Domenico

Ex Urbisaloia, XVIII septembris, 1436.

(Arch. Mac. sub. a.).

XXV.

(p. 79).

Bolla di Eugenio IV a quei di Tolentino colla quale le obligò al pagamento delle tasse anche gli eredi testatori in favore delle chiese.

Eugenius epus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ad ea per quae pia fidelium vota debitum consequantur effect ac nobis apostolicaeque sedi devotarum personarum indemnitas consulitur, nostri partes ministerii libenter impartimur. Sane pro dilectorum filiorum communitatis oppidi Tholentini, Camerin. die nobis nuper exhibita petitiō continebat, quod, licet per plerumque dicti oppidi abitatores, inibi defunctos, in eorum ultimis voluntatibus

nonnulla terrae ac alia bona immobilia sancti Quatervi, Beatae Mariae, Sancti Jacobi, Sancti Augustini et Sancti Francisci aliisque in ipso oppido et suis pertinentiis consistentibus ecclesiis cum onere et adiectione quod possessores terrarum et bonorum praedictorum dativas seu collectas per praefatam comunitatem tunc impositas et in futurum imponendas solvere deberent et tenerentur pro ipsorum defunctorum animarum salute legata ac relicta existant, plerique tamen huiusmodi terras et bona, ut praemittitur, relicta sive legata possidentes dictas dativas seu collectas contra voluntates defunctorum huiusmodi dare et persolvere recusant, allegantes se de illis tamquam ecclesiasticis bonis ad solutionem collectarum huiusmodi aliquatenus non teneri in non modicum ipsorum comunitatum preiudicium atque damnum. Quare pro parte eorum nobis fuit humiliter supplicatum ut super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, possessores praedictos etiam si ecclesiastici sint, ad solutionem dativarum sive collectarum huiusmodi iuxta voluntates praefatas teneri et obligari et ad illam faciendam compelli et constringi posse auctoritate apostolica decernimus per praesentes.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae constitutionis infringere vel ei ausu temerario contra ire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Bononiae anno Incarnationis dominicae, 1436, XII kal. aprilis, pontificatus nostri anno VII.

BLONDUS.

(Dall' Archiv. di Tolentino).

XXVI.

(p. 107).

Condotta di Cristoforo Mauruzi da Tolentino capitano d'armi ai servigi di Venezia con 600 e fino 700 cavalieri e 200 fanti per un anno e sei mesi di rispetto, a cominciare un mese dopo che avrà ricevuta la prestanza. Fu rappresentato da Giovanni di Angelo dei Francescucci da Tolentino, Abate di San Nicolò di Vereiano fuori di Brescia, per procura in atti di Gaspare del fu Domenico Guardi da Sarciano contado di Firenze. Alle consuete condizioni si aggiunse:

Finchè il detto Capitano e suo fratello Giovanni staranno ai servigi di Venezia, se uno di essi venisse fatto prigioniero o ammalasse, le milizie di questo restino sotto la condotta dell'altro.

Fatto nel palazzo ducale di Venezia: testimoni il Cavalier Grande e due segretari ducali.

Segue annotazione che agli stessi patti fu condotto Giovanni da Tolentino suddetto.

XV dicembre — Indizione XV, a. 1437.

(Dall' Arch. di stato Veneto, N. 31 rosso — 29 XIII).

XXVII.

(p. 116).

Alessandro Sforza invia Galasso da Macerata ai Comuni della Marca per provvedere l'occorrente a festeggiare la prossima venuta di Bianca Maria Visconti.

Alessandro Sforza de li Attendoli ecc.

Acciò che al tempo debito per la solempnità et festa che se ordina de fare per la inclita Madopna Bianca Maria, consorte de la illustre Signor Nostro fratello, sia ad tutto provveduto: pertanto mandamo el provido homo Galasso da Macerata presente exhibitore in ciascuna terra et loco de la dicta provintia, che per li nostri denari ricerche di qualunque cosa necessaria per la dicta festa. Per la qual cosa comandamo ad tucte comunità et lochi et officiali di esse che al dicto Galasso intendano de quanto serranno rechesti, et ad ley prestino fede quanto a la nostra persona. In cui fede la presente del nostro minore sigillo usato avimo fatto roborare.

Dat. Maceratae, die XXVII aprilis 1438.

ANDREAS subscrips. (p. 15 v.).

XXVIII.

(p. 116).

Alessandro Sforza dà lo stesso incarico a Messer Ecangelista da Sarnano cui fa la nota delle cose da requisire.

Alessandro Sforza degli Attendoli ecc.

Con ciò sia cosa che per la venuta nella provincia della inclita et illustre madonna Bianca Maria, figliuola dell' illustrissimo signor duca di Milano e consorte del prefato ill. sig. Francesco, facciamo qui grandissimi apparecchiamenti, come merita si gran fatto, tanto per rispetto del prefato ill. sig. duca di Milano, quanto per rispetto di casa n.ra per li quali bisogna affatighiamo e ricerchiamo tutti i n.ri sudditi benevoli ed amici delle cose che a noi faranno bisogno, cioè di vettovaglie per nostri denari e di altri fornimenti, letti e paramenti

e strami ne siamo compiaciuti per eseguire ogni n.ro intento in questo breve tempo mandiamo e deputiamo per tutte le terre e luoghi della provincia l' egregio uomo Messer Evangelista da Sarnano n.ro commissario generale con piena e valida autorità di ricercare, trovare e descrivere tutte le biade e strami, carne d' ogni generazione, letti, masserizie, paramenti e più altre cose mandare ad esecuzione per onore di tanto apparecchiamento, come da lui sarà spiegato.

Dal girifalco fermano 1 maggio 1438.

P.D. E le cose se toglieranno, Contuccio Tesoriere le ammetterà in pagamento delle sestarie.

Memoria delle cose che si deve dire ai Podestà delle terre.

Sopra la quantità delle biade che se può avere e similmente degli strami: saper le carni e pollami che si trovano in ciascun luogo: sapere e provvedere quanti letti si possono avere boni e con tutti i fornimenti che abbisognano. It. d'altri paramenti onorati: it. di trovar tegge e tigelle per far vivande: it. se in detti lochi ci sono qualche cuoco: it. ordinare che siano in punto nel tempo che saranno ricercati di cacciare, uccellare e pescare, et interim caveant: it. sapere e portare scritto se ci fossero gioveni atti e ben vestiti a servire e ad altri mestieri più gravi se bisognerà: it. dare ordine alle biade e agli strami si trovano farli condurre qui al più presto: it. aver il numero delle bestie dei detti lochi, sì dei cavalli sì delle altre bestie da soma: it. che hanno determinato di quelle donne e cittadini sono ricevuti, cioè di Montesanto, Civitanova ed altri lochi: it. saper tutti i mastri da legnami e comandarli che fin qui vengano ai soprastanti coi loro ferri e cose necessarie da loro arti: it. prosciutti, capretti, agnelli, castroni, ova, cacio fresco e lingue salate: it. per lo cacio di Montemonaco. E di tutto fa registro.

(Arch. di Mac. sub. a. 1438, pag. 108).

XXIX.

(p. 117).

Contuccio de Mattheis, Tesoriere della Marca, spedisce Ser Antonio di Domenico da Monterubbiano a requisire biade e foraggi per i cavalli che saranno a Fermo durante le feste da celebrarsi per onorare la venuta di Bianca Maria Visconti.

Contutius de Mathaeis etc. Thesaurarius etc.

o pensare si potesse, et etiandio se la casione fosse tale che fosse necessario di farne qui mentione specialmente infra lu prefato signor Duca da una parte et la illu. Signoria di Venetia et la magnifica Signoria di Fiorenze et di Genua, et Messer Tomasso da Campofregoso, Duce di Genua et tutti quilli che sono compresi in detta liga et lo Illu. Signor Marchese da Este et similmente tuti Principi e Signori et qualunque Comunità, Capitanei et Conducteri de gente d'arme, et questi medesimi per loro sudditi et collegati et devoti raccomandati; et dall'altra parte dà et concede el prefato Signore Duca ad epso Signore Conte arbitro et arbitratore amichevole compositore et iudice di mezzo piena potestade, arbitrio et balia de tractare, praticare, ventilare, decidere, concludere, stabilire et firmare cum la prefata Liga et cum tutti et ciaschuno dei suoi procuratori et qualunque legittimo nunptio, ovvero procuratore de predicti o di qualunque di loro, così insieme come da per se, qualunque pace, tregua, liga, confederatione, unione et intelligentia et qualunque altri pacti et capituli, coventioni et con altro nome o modo si chiamano. Ancora dà et concede el prefato Duchà ad epso signor Conte arbitrio et arbitratore et amichevole compositore sia come di sopra, piena potestate arbitrio et balia di correggere ogni errore, provvedere, dichiarare, sentenziare et amichevolmente componere le sopradicte diferentie, querimonie, dissensioni, dibattiti, discordie, ut sopra, le cose commesse et dependenti da quelle di razione et di facto insieme et in più volte, et servata et non servata la forma de la razione, et in ogni loco et tempo, et stando ricto et sedendo, et in di feriato et non feriato, et etiandio che fosseno le dicte parti citate et non citate, et ad quelle presenti et non presenti, et in tutte et per tutte vie ad epso Conte Francesco meglio parerà et piacerà. Ancora dà et concede ad epso Conte piena potestade, arbitrio et balia de permutare, alleviare et dare per razione delle preditte cose, ciptade, terre, castella et ville del prefato Signore Duca et quelle che al prefato Signore Duchà parerà et piacerà. Ancora dà et concede potestade di qualunque altra cosa al decto Conte parerà et piacerà et piena balia di promettere et fare che epso Signore Duca per epso et soi soldati collegati adherenti et raccomandati qualunque provisione, obligatione et sigurtà et ogni altra cosa che fosse necessaria ad fare per epso Signore Duca et per li suoi. Et per casione de le cose sopra dicte con tutti quelli modi et pacti, conventioni et termini, pene, clausule, cautele, stipulationi, sicurtade et ogni altra cosa che ad epso Conte parerà et piacerà. Promette il prefato Duca di stare al iudicio et alla declaratione et nominatione delle città, terre, come di sopra, et ogni compensatione che si farà per lo decto Conte, et de stare alla sententia che darà el detto Conte, come sopra, alle cose predicte, et tucte le cose che epso Conte darà et sententiarà et quelle ratificherà et approbarà, obser-

varà et confirmarà subto la fede et parola di uno principe et in nessun modo contrafarà, nè ad quello verrà contra.

(Dal Cod. A, 40 della Comunale di Fermo).

LX.

(p. 195).

Quietanza generale rilasciata al Comune di Tolentino dal Tesoriere Contuccio de Mattheis da Cannara per il pagamento di tasse.

In Dei nomine, Amen. Anno d.ni MCCCCXLI, indictione IV, tempore d.ni Eugenii papae IV, et die XXV mensis iunii: actum in domibus heredum Franceschini Ser Gratiani de Macerata sitis in dicta civitate et quarterio sanctae Mariae, iuxta res magistri Maxii Ser Lippi, res Guerreri Bertoldi, vias publicas et alia latera, praesentibus Ser Philippo Francisci de Bucellis de Florentia, et Nicola Lodovici de Macerata, testibus ad haec habitis et vocatis.

Magnificus vir Contucius de Matheis de Cannario in prov. Marchiae pro ill. et exc. d.no Comite F. Sfortia Marchione etc. generalis Thesaurarius fuit contentus et confessus habuisse et recepisse, ut in veritate habuit et recepit a comunitate magnifica Terrae Tholentini duc. VII.^c LXV ad roem XL bol. pro duc. in pluribus partitis, videlicet duc. L solutis Ser Thomae Dati de Florentia, die VI martii 1438; et duc. XXV solutis d.co Ser Thome, die 11 Julii; et duc. XXV solutis d.co Ser Thome die 30 ianuari 1439; et duc. 80 solutis Ser Odovardo die 28, 1439, de mense septembris; et duc. 50 solutis *Macharono Castellano dictae Terrae Tholentini*; duc. C. solutis manualiter prelibato d.no Thesaurario die 29 septembris 1439; et duc. CL solutis in duobus partitis Rodolfino Ser Petii de Macerata; et duc. XXXI bol. XVIII solutis pro *adactamentis et monitionibus arcis Tholentini* et pro una collatione in kalendis ian. et duc. XLVII solutis Cicchangelo die XXI iulii 1440; et duc. XXXIII, bol. XXIII solutis Filippo Bucellis die septembris 1440, et duc. L solutis Cherichino die X octubris, et duc. CXX solutis in duabus partitis Piero De la Casa de Florentia, que omnes quantitates et partita predicta ascendunt ad dictam summam VII.^c LXII et bol. II, et duc. III et bol. IV pagò Joannes Catervi de dicta Terra predicto Ser Filippo, que ascendunt in totum duc. VII.^c LXV et bol. VI, quos denarios praefata Comunitas dedit et solvit prefato d.no Thesaurario pro taleis, census et afflictis pro tribus annis cum dimidio incipiendo videlicet in kal. mensis ian. 1438 et ut sequitur finiendis usque ad kal. mensis iulii 1441, in census et afflictis tantum pro tribus annis et taleis pro dicto tempore supradicto, de quibus omnibus et singulis quantitatibus

XLIV

predictis prefatus d.nus Thesaurarius prefatae Comunitati fecit finem, quietationem, absolutionem et pactum generale de ulterius non petendo, nec agendo omni modo etc.

Rogans me notarium infrascriptum ut de predictis publicum conficerem instrumentum.

Et ego Pervenantius d.ni Antonii de Macerata, pub. et imp. auctor. notarius predictis omnibus et singulis, ut supra legitur, interfui et ea rogatus scribere, scripsi et publicavi meoque solito signo signavi.

Idem CONTUCIUS qui subscripsit.

De qua quietatione per me Bonantonium de Bonzagnis de Regio Vice Cancellarium Com. Thol. in presenti libro copiato apparet originale apud Ser Maxium Ser Laurentii Syndicum dicti Comunis, cum sigillo parvo magnifici Contucci Thesaurarii prelibati in dicto quietatione impressi.

(Dall' Archio. di Tolentino).

LXI.

(p. 195).

Contuccio de Mattheis accisa quei di Tolentino che non può concedere proroga ulteriore pel pagamento da farsi a Macherone castellano della rocca.

Magnifici viri tamquam patres et maiores honorandi.

Havendo io mandato là Filippo Buccelli, mio ufficiale per li denari, che dovete pagare, me scriveste che a vostra complacencia io ve volessi fare termine per tutta domenica proxima passata, et così fui contento fare. Il dicto termine è passato, et li denari non li ho avuti. E perchè el bisogno è assai de li denari per distribuirli secondo li comandamenti della Exellentia del Conte, non è possibile che da me possiate havere altro aspecto. E pertanto, dobiate, veduta la presente, delli denari che havete a pagare, pagare et assignare a Macharone presente portatore ducati cinquanta a bolognini quaranta per ducato, e questo non falli perchè così è intentione della Exellentia del Conte.

Dat. Maceratae, die XXXI martii, 1439.

CONTUTIUS Marchiae Thesaur.

(tergo) Magnificis viris tamquam patribus maioribus honorandis Prioribus et Comuni.

Tolentinum

(Dall' Arch. di Tolentino).

LXII.

(p. 199).

Alessandro Sforza vuole si mandino dei fanti a Fermo e incarica per ciò Jacopo da Patrignano.

Magnifici d.ni tamquam fratres carissimi.

Perchè la Excellentia del Conte vole certi fanti per operarli e ritirarli in loco di grandissima importanza e riputatione al suo stato, li siano fidatissimi, pratici, atti e gagliardi; per tanto, per quanto è caro lo suo stato e far cosa gli sia accetta, volimo e comandavi che, receptis presentibus, senza consideratione de persona, docte trovare quattro fanti fidati, atti, pratici e che abbiano boni effetti e di facultà per uno mese, et li detti fanti subito manderete a Fermo e troveno Jacopo di Patrignano famulo e commissario di ciò de la prefata Excellentia del Conte, e secondo lo detto Jacopo accetterà o rinuncierà, volimo, omnibus remotis, facciate, e che li detti fanti porteno bone balestre et quelle arme gli dirà el detto Jacopo al quale li detti fanti obbediscano come alla persona la detta Excellentia del Conte e n.ra. E dal detto Jacopo continuamente seranno ben pagati che vui non haverete gravezze e spese none: et in ciò non farete replicatione, chè lo tempo non lo pate.

Ex Firmo, XXVII ian. 1442.

ALEXANDER SFORTIA

(Arch. Mac. Reform. del 1442 p. 101).

LXIII.

(p. 199).

Folignate da Perugia, Commissario del Conte Franco, minaccia multe a chi non pagherà le contribuzioni debite per i maestri lavoratori del girone di Fermo.

Nuy Fulignato da Perugia, Commissario per lu ill. Conte Franco etc. comandamo ad tutti vui, comunità, priori e reggimenti de città, terre, castella e università, le quali non avessero pagata la loro rata per lu salario de li magistri de lu lavorero de lu girone de Fermo per lu mese de ienaro et febraro p. p. infra termine de cinque prossimi da venire, da computarse da lu dì de la presentatione, debiate avere pagato sub poena et ad pena de XV ducati ciaschuno contraffarrà applicati a la Camera de la Excellentia del conte Francesco Sforza. Et monimove, sotto detta pena, per lu presente mese de marzo, debiate pagare addi XX pure la v.ra rata, advisa-

XLVI

dove che, passati li detti termini, vi mandarimo lu *executore ad fare la executione de tutto et a le spese v.re ad mezzo fiorino lu di. Et ad cautela de queste facemmo le dette lettere suggellare co lu n.ro uso sigillo, le quali presentare ad vuy avimo commisso ad Bartolomeo publico balivo, a la relatione del quale darimo piena fede.*

Dat. Firmi, die IV mensis martii, 1442.

ANDREAS etc. (p. 33 v.).

LXIV.

(p. 202).

Francesco Sforza invia Cicco Angelo da Montesanto a requisire vettovaglie per l'esercito.

Franciscusfortia etc. Cremonae dnus, etc. ac ill. Lige Cap. generalis. — Con ciò sia cosa che per substentatione del campo, bisogna fare bona et grande provisione de fare conducere vactualie ad sufficientia, mandamo presentialiter lu egregio homo Ciccho Angelo da Montesanto, presente exhibitore, a le terre et lochi de la n.ra provintia de la Marca potissime, dove per lu magnifico Alexandro Sforza n.ro fratello et per Contuccio sono ordinati et comandati certi grani, al quale Ciccho Angelo committimo et concedemo ampla autorità e potestà, potere comandare se facciano de le victualie et porteno dove li parerà et tollere et receive orone quantità de grani et farla conducere in forame de li porti per mandarli dove campeggeremo, quali grani, farine e victualie ciaschuno poy presto sarà pagato. Et al predetto Cicchangelo volimo sia obbedito in tutto quello ordenarà come a la n.ra persona senza replicatione e contraditione alcuna, per quanto hanno cara la gratia n.ra.

Dat. in ciuitate n.ra Exii, die XXIII maii, 1442.

CICCHUS (p. 34 v.).

LXV.

(p. 204).

Francesco Sforza ordina l'incio delle vettovaglie a Fabriano, intendendo condursi coll'esercito verso Gualdo ed Assisi.

Franciscusfortia etc. — Licet per alias n.ras commissiones pro substentatione et gubernatione n.ri exercitus vactualias versus partes Romandiolas deferre deberi scripserimus atq. mandaverimus; nunc vero cum in alios decreverimus tendere locos, maximeq. versus Gual-

dum et Asisium, universis etc, stricte precipiendo mandamus, quatenus, visis praesentibus, omni causa, conditione et exceptione remota, predictas omnes et singulas victualias ferri et portari debeant et faciant ad terram Fabriani pro dicto n.ro exercitu.

In omnibus autem singulis predictis rebus cum deputaverimus nobiles viros Ser Antonellum de Montemonaco, Cicchangelum de Montesanto et Gironimum de Montesanto, idcirco volumus et mandamus eis parere, favere et obedire tamquam nobis et in nullo contrafacere et venire, tam in dando dictas victualias, quam in portando Fabrianum, ut supra dictum est.

Dat. in terra Senigaliae, die XXVI maii, 1442.

JACOBUS (p. 34 v.).

LXVI.

(p. 209).

Francesco Sforza dà ordine ai Comuni della Marca di consegnare al suo Commissario Perugino le vettovaglie e fornirlo di mezzi di trasporto.

Franciscusfortia etc. — Con ciò sia cosa che nuy mandamo per tutte le terre de la provintia n.ra de la Marca lu Peruxino n.ro compagno per caxione de provedere et tener modo se habia de le victualie per uso de n.ro felice exercito al quale avimo commisso che per tutto ove li parerà faccia fare del pane et mandare de le cose necessarie, como e secundo la commissione gli avimo fatta; pertanto volimo et comandamo ad ciaschuno offitiale, priore, comune et homini n.ri et de la dicta n.ra provintia de la Marcha, li debia credere et obedirlo nec non dargli omne favore et adiutorio li sera richesto per esso Peruxino quanto a la persona n.ra, sotto la pena de la desgratia n.ra. Similiter ad omne sua requisitione li sia proveduto di somari, muli, carri et altro necessario per condurre le dicte victualie nel n.ro campo: advisando ciaschuna persona che contrafarà o serà inobediente a li comandamenti di esso Peruxino serà punito secondo la punitione che esso li vorrà fare.

Valiturum per mensem unum prox. futurum.

Ex felici n.ro exercitu prope Sanctuniseccerinum, die XXIII iunii, 1442.

Ancora volimo che questa presente commissione valgia et dure per un altro mese advenire incomensando a la finita del termino, cioè a li XXIV de questo presente mese de iulio prolungato.

In n.ro felici exercitu prope Ripas Sancti Genesisii, XIX iulii, 1442.

JOHANNES (p. 35 v.).

LXVII.

(p. 211).

Assedio di Sarnano.

Cinxerat hanc multis Nicolaus millibus urbem:
 Verberat hinc aries, scorpio quaeque ferit.
 Increbuere tubae, reboat clamoribus aeter,
 Obtenebrant solis plurima gessa iubar.
 Undique sublatis gradibus properatur ad astra,
 Nulla quies fessis nocte dieque datur.
 Hinc timor, hinc fames urget; miserabile vulgus
 Unde queat validam sumere nescit opem.
 Paciferas populus manibus celer extulit herbas
 Spondet et imperium velle subire ducis.
 Dat veniam ductor, preponit in arce cohortes
 Ne queat ulterius vincere tecta Comes.

(PANFILO. *Picenum*. Ant. Pic. XVI, p. 133)

LXVIII.

(p. 211).

Assedio di Amandola.

Et licet abruptis praecinta sit undique ripis,
 Cogitur haec Clero subdere colla tamen.
 Undique miles adit, tormentis verberat arcem,
 Marmora, gessa, faces, spicula densa volant.
 Obiiciunt clypeos iaculis, faciuntque phalangem
 Et via vi, fracto cardine, porta ruit.
 Impulit unda viros, refugit tremefacta iuventus,
 Altera in alterius sanguine turba cadit.
 Omnibus extemplo legionibus itur in arcem
 Praesidium Comitum protinus ense necant.
 Pax datur urbigenis, Ductoris iussa capessunt,
 Vocibus extollunt nomen ad astra ducis.

(PANFILO. *Picenum*. Ant. Pic. XVI, p. 134)

LXIX.

(p. 212).

Assedio di Montefortino.

Undique militibus circumdat limina Ductor
 Excipiunt clypei spicula missa leves.

Tollitur in coelum numeroſo milite clamor ;
 Corripit immiſſas illita porta faces.
 Crebrior hoſ aries proſternit vertice poſtes :
 Irruit, evulſo cardine, turba furens.
 Hic cadit, ille fugit, populus colliditur unda :
 Undique tela ſonant, ſtridor ubique viget :
 Pilum pila premunt, clypeoſ clypeique repellunt.
 Peſ terit ipſo pedes, atque equuſ urget equum.
 Tragula denſa ruit, crepitans veluti aetere grando ;
 Verberat innumeruſ longa ſariſſa viroſ.
 Plurimuſ hic milieſ digitum praetollit in altum :
 Victori ſubito traditur herba ſuo.
 Per fora, per plateaſ exundant ſanguine rivi :
 Evaſit Comitiſ nulluſ in urbe necem.
 Dat veniam reliquiſ Ductor Nicolauſ, et arcieſ
 Meſſibuſ et valida moenia firmat ope.

(PANFILO. *Picenum*. Ant. Pic. XVI, p. 136).

LXX.

(p. 213).

Alessandro Sforza fa prendere provvedimenti per i quartieri d' inverno.

Alessandro Sforza ecc. — Per potere ſtantiare tutte le genti d' arme in le città, terre, caſtella et lochi de la provintia de la Marcha, per ſtatu del prefato illuſtriſſimo Signore, per bene et pace de la provintia, biſogna per tutto fare bona et gran proviſione de ſtrami, nanzi lu tempo, et perciò notificamo, volimo, committimo et expreſſamente comandamo ad tutti et ſingoli, Pođeſtà ecc., de li dicti lochi et terre de la Marca, che, ricevuta la preſente patente, per quanto hanno cara la gratia de la prefata Signoria et n.ra, debiano con omne diligentia, cura et ſollecitudine ordinare et provvedere per tutti li loro terreni, che ciaſchuna perſona de qualuncha conditione ſe ſia, repongano tutte le loro paglie in le terre, caſcine et capanne, et dove non ſe poteſſe reponere, le debano comporre et admucciare ita et in tale modo ſe conſervino che non ſe guaſtino; et non tanto le paglie ma fieni et stoppie in grandiffima quantità, ſicchè tutte le terre ſiano fornite bene de ſtrame. Et ad ciò che queſta proviſione abia bono et preſto expedimento volimo et raccomandamo autorità, poteſtà et balia per la preſente a li detti offitiali, che una cum quelli ſe deputarano per le comunità, poſſano recomandare, imponere et exigere omne pena da imponerne per loro: et ſe alcuni de li predicti ſerano in ciò negligentia et remiſſi ad ciò exequire li dicti *ex nunc*

BENADDUCI — *Francesco Sforza ecc.*

d

I.

Podestà et officiali incorrano in la pena de cinquanta ducati d'oro da tollersi dai loro salari; et li Priori et le Comunità de cento ducati da farse de fatti executione senza remissione et gratia alcuna. Et de qui ad poco se mandaranno li executori a vedere et fare executione senza remissione et gratia alcuna. Questa patente avimo comandato se debia presentare per tutte le terre et lochi et registrare per ciascuno offitiale.

Ex felici campo apud Montem Sancti Martini, quinto Augusti, 1442.

ANDREAS (p. 36 v.)

LXXI.

(p. 213).

Francesco Sforza manda Perugino suo commissario a provvedere biade.

Franciscusfortia ecc. — Mandamo Peruxino n.ro famiglio presente portatore per ciascun loco et terra de la provintia n.ra de la Marca perchè abbia ad provvedere de mandarce in campo de ciascuna generatione de biada, et che abbia ad dare assetto et ordine a le dicte biade tanto de li prezzi quanto de ciaschun altra cosa; per tanto volimo et espressamente comandamo ad ciascuno n.ro offitiale, comunanza, sudditi et soldati quali questa vederanno, che al dicto Peruxino circa lu assetto et ordine de le dicte biade debiano obedire in tutte le cose quanto fariano se nuy propri le comandassimo: et in questo nissuno contrafarrà per quanto ha cara la gratia n.ra, et sotto pena de cento ducati da applicarsi de fatto alla n.ra Camera.

Apud Montem Sancti Martini, VIII augusti, 1442.

CICCHUS. (p. 35 v.)

LXXII.

(p. 226).

Alessandro Sforza partecipa ai Maceratesi la sua prossima venuta.

Magnifici tamquam patres carissimi.

Ho havuto comandamento dall'Excellentia del Conte de venire ad alloggiare li in quella cittade, et benchè ce vengha mal volentieri, per caxione di darve sinistro et farve incomodo et cosa ve abbia rincrescere, nientemeno per fare quanto comanda la Signoria Sua verrò prestissimo ad vuy, sicchè metterete in punto le stantie d

ogni altra cosa opportuna. Et questo si vole esser subito, veduta la presente et perciò mando là Jeronimo mio famiglia.

Ex terra n.ra Sancti Severini, II nov. 1442.

ALEX. SFORTIA.

(*Dall' Arch. di Mac. Reform. del 1442, p. 150.*)

LXXIII.

(p. 227).

Francesco Sforza ordina ai Maceratesi di provvedere gli alloggi per 400 soldati di cui 100 del capitano Francesco degli Ottoni da Matelica.

Spectabiles dilecti n.ri. — Sapete (che) dovete tenere cavalli 400, e perchè li non ne stanno se non 200, volimo che ad FRANCESCO DA MATELICA dobbiate rispondere di cavalli 100, cioè che abbiano quelle cose gli bisognano per lo vivere de dicti 100 cavalli, e tutto quello che gli darete ne promettimo pagare integralmente.

Ex campo prope Matelicam, XVII nov. 1442.

FR. SFORTIA etc.

CICCHUS

Ridolfinus consuluit super 1^a proposita quod mictatur Orator ad Excellentiam Comitis narrando suae Excellentiae quod nullo modo possumus dicto FRANCISCO victualias pro suis equis, ut sua Dominatio scribit, cum sit minus difficile dare gentibus M. D. d.ni Alex. et quod in civitate ista non est tantum granum quod sufficiat nobis usque ad messes et pro dicto grano emendo expendant denarios receptos tempore JOHANNIS DE TOLENTINO.

(*Arch. Mac. Reform. del 1442. p. 166.*)

LXXIV.

(p. 227).

Francesco Sforza nomina Gian Pietro di Antonio Fedeli da Montefortino sindaco generale di tutti gli ufficiali civili della Marca.

Franciscusfortia etc. — Terrarum n.rarum comodis et utilitatibus pro posse deservire cupientes, et ne earundem rectores et officiales, civium contemplatione, timore vel amore, aliquid iniuste quolibet attentare presumant, cognoscentesque officiales earundem atque rectores persepe nostros subditos variis oppressionibus gubernare, nullam aut illegittimam consueti syndacatus tempore de ipsorum administrationibus reddere rationem, propter quod contra nostrae intentionis

propositum contigerit, eosdem servitores insoportabili onere et enormiter pergravari quibus necessario commonemur de opportuno et necessario remedio providere, talem deputando virum in cognoscendis administrationibus ab officialibus et rectoribus antedictis, qui moribus et scientia praeditus satisfaciat nobis et subditis antedictis. Idcirco fide atque eminenti scientia confixi egregii legum doctoris d.ni Johannis Petri d.ni Antonii *de Fidelibus* de Montefortino, quem nobis et n.ro statui multipliciter affectum comprobavimus, eundem d.num Johannem Petrum omnium n.rum officialum et rectorum civitatum omnium, terrarum et locorum nobis subiectorum. generalem Syndicum et Syndicatorem atque administrationis revisorem per praesentes eligimus et deputamus, cum plena potestate atque iurisdictione condepnandi, puniendi, multandi et absolvendi antedictos officiales et rectores, de quibuscumque excessibus et delictis, quos predictos officiales et rectores in predictis eorum officiis commississe contigerit, dantes et concedentes eidem n.ro Syndico generali super predictis et quolibet predictorum et emergentium ab eisdem totaliter vices nostras cum potestate atque facultate officiales et rectores antedictos syndicandi. Mandantes omnibus civitatibus, terris et castris nobis subditis quatenus eundem n.rum generalem Syndicum ad dictum officium exercendum immittent, acceptent, favoresque sibi debitos et opportunos impendant et eidem Syndico sive consuetum sive condecens salarium pro eius laboris remuneratione, tempore dicti syndicati sine aliqua conditione persolvant, inchoando die primo mensis dicembris prox. futuri et usque ad nostrum beneplacitum finiendo.

Dat. in civitate n.ra Exii, die XXIII novembris, 1442.

CICCHUS (p. 37).

LXXV.

(p. 238).

Alessandro Sforza ingiunge la fornitura di orzo per i suoi cavalli.

Alexander Sfortia etc. — Con ciò sia cosa che nuv abiamo bisogno de gran quantità de orzo da comparare per li n.ri cavalli, pertanto volemo et comandamo ad tutti Podestà, Priori e Comunità de le ciptà, terre et lochi de la provintia, a li quali la presente serà presentata, che debiano, visis praesentibus, mettere in prunto quella quantità di orzo che per Nicolò n.ro famelgio et Commissario sopra de ciò exhibitore presente ne sarà ordinata, al quale per la presente damo et concedemo piena autorità e balia che possa fare la cercha, et luy volemo in ciò sia obbedito et data piena fede quanto a la nostra propria persona: et questo ciaschuno exeguiranno con effecto

per quanto hanno caro l'amore nostro, certificando omne uno che no moverimo l'orzo da le terre et lochi, che serà da nuy pagato integramente.

Ex felici exercitu illustris d.ni Comitis contra TOLENTINUM, nona iunii, 1443.

JOHANNES ANDREAS. (p. 38).

LXXVI.

(p. 238).

Alessandro Sforza fa inviare viveri per se e sua famiglia mentre è accampato sotto Osimo.

Alessandro Sforza etc. — Con ciò sia cosa che nuy siamo alloggiati qui sotto Osimo con tutta n.ra famiglia, dove per comandamento dell' Eccellenza del Conte, deliberamo stare alcuno di, il perchè bisogna fare provisione de vectualia per governo de la dicta famiglia, a le quali victualie è necessario contribuiscano le terre circostanti; pertanto volimo et expresse comandamo a li podestà, priori, comunità et homini de le infrascripte terre, che subito, visis praesentibus, debiano avere messe in prunto le infrascripte quantità de grano, vino, farina et pane et mandarcelo qua in campo senza alcuna replicatione et conditione et in questo fare quanto li dirà Antonio de Johanni nostro famelgio et creder lui et obbedirlo quanto nuy proprio per quanto hanno cara la n.ra gratia, comandando ad ciaschuno che in questo facto non debia usar tardità e negligentia alcuna, sotto quella pena che ad nuy parerà.

Ex campo iuxta Auximum, die X iunii, 1443.

Civitanova — Pane e farina some X; vino some XXX ecc. (p. 37 v.).

LXXVII.

(p. 240).

Quei di Tolentino, avendo saputo che Francesco Sforza stava per campeggiare contro loro, tengono consiglio, e deliberano inviare oratori al Cardinale Scarampi, a Nicolò Piccinino e ad Eugenio IV per averne soccorsi.

Die XIV mensis iunii, 1443.

CONSILIUM CREDENTIALIUM. — Omissis etc.

In provisione habenda in extractione Bartholomei Pessionis de carceribus ac etiam in novo Comitatus Francisci, qui dicit velle nunc circa terram predictam Tholentini cum omnibus suis stipendiariis et hominibus venire et campeggiare et inde non recedere donec terra predicta et homines in ipsa existentes non erunt oppressi et destructi.

Qui Magnifici domini Priores et omnes eorum consilarii, in dicto consilio credentiae existentes, omnes unanimiter et concorditer deliberaverunt rogare d.num Potestatem dictae terrae, quod debeat amore dicti consilii extrahere Bartholomaeum praedictum de carceribus cum bonis et sufficientibus fideiussoribus et ipsum retinere in sala dicti palatii: ac etiam notificare omnibus nostris superioribus novum praedictum, videlicet ad summum Pontificem, ad Reverendissimum dominum Camerarium ac etiam ad illustrem Comitem Nicolaum Piceninum; et omnes praedictos rogare ex parte huius Comunitatis ut eis placeat providere ne Comunitas praedicta Tholentini et homines in ipsa existentes sint ab ipso Comite Francisco oppressi et destructi.

(Arch. di Tolentino, Reform. del 1443. p. 8).

LXXVIII.

(p. 250).

Alessandro Sforza requisisce viveri per l' esercito.

Alexander Sfortia etc. — Perchè avimo bisogno de alcuna quantità de vino, grano over pancopto et anche d' orzo per uso de li cavalli; pertanto volimo et comandamo a li Podestà et Comunità de li lochi, castella et terre de la provintia a li quali la n.ra presente patente serrà presentata, che debbate, visis praesentibus, mettere in punto et ordine qui in campo senza alcuna mora, dilatione, exceptione quella quantità de vino, grano over pancopto et orgio che per lu dicto n.ro famelgio et Commissario, Nicolò Castellano, ve sera ordinato et comandato da n.ra parte, al quale voi darrete fè et obbedirete quanto a la persona nostra propria, et non falle per quanto avete caro l' amore n.ro.

Ex felici campo n.ro apud Sanroccianum, III augusti, 1443.

JOHANNES ANDREAS. (p. 38).

LXXIX.

(p. 268).

Il Cardinal Capranica, Legato della Marca, convoca un parlamento generale a Macerata; esorta i Marchegiani ad antistare il pagamento delle tasse per soccorrere l' esercito del re Alfonso; incia all' uopo Jacopo Filippo Tinti da Civitanova; promette piena vittoria sul nemico.

Dominicus miseratione divina sanctae Mariae in via Lata sacrosanctae rom. ecclesiae diaconus Cardinalis, Marchiae Anconetanae, apostolicae Sedis Legatus.

Cum pro arduis et necessariis rebus ad statum sanctae matris ecclesiae et SS.mi D. N. ac pacem et tranquillitatem huius provinciae pertinentibus, generale consilium seu parlamentum Maceratae his proximis diebus habere, et ibi tum de aliis tum praesertim de instantibus status ecclesiae huius provinciae necessitatibus pro adipiscenda integra victoria et felici consumptione eorum quae adhuc in hac provincia facienda restant, tractare cum provincialibus, eorumque consilium, opem et auxilium his in rebus implorare statuissemus, rerum ingruentium celeritate et festinantia praesenti, cum magnum enim periculum in mora sit semperque nocuerit differre, pateatis eorum consilio, qui statui ecclesiastico afficiuntur ut pacem et quietem celerem huic provinciae exoptant, repente propositum mutare oportuit et rem festinantius maturare. Cum itaque, sicut omnibus notissimum est, ad honorem Omnipotentis Dei et gloriosae Virginis eius Matris, ad statum et exaltationem SS.mi D. N. et rom. ecclesiae ductu et auspitiis sacrae regiae Maiestatis Aragonum et Siciliae citra et ultra farum, ac illustrissimi capitanei optata libertas ecclesiae et huic provinciae reddita sit, et plurima celeritate incredibili, gloriose et feliciter gesta sint; et adhuc aliqua ad totalem victoriam facienda restent, pro quibus celeriter absolvendis, prout omnibus constat, propter ingruens hyemis tempus tanta celeritate opus sit ut maiori non possit, et potissima ingruens necessaria sit ad substinendum hunc regium exercitum et alia plurima de necessitate facienda, universas ac singulas civitates, terras, castella et loca infrascripta huius provinciae Marchiae hortamur et quatenus pro nobis possumus obtestamur et obsecramus atque requirimus, monemus, precipimus et mandamus, quatenus hac vice suam affectionem et devotionem quam ecclesiastico D.no n.ro praefato et ecclesiae gerunt et declarant, ut bonos filios et servitores decet, ad eximendam totaliter hanc provinciam ex servitute, ad reddendam sibi eorumque liberis perpetuam libertatem, pacem et tranquillitatem, infra dies sex perentorie omni exceptione remota, postquam praesentes ad eorum notitiam venerint, solvisse debeant medietatem talliarum, afflictuum et censuum omnium Apostolicae Camerae debendorum Jacobo Philippi Tinti de Civitanova de cuius fide, sollicitudine et industria plenarie confidentes sibi commissimus ut hanc talliarum, afflictuum et censuum exactionem faciat: volentes tamen ad maiorem nostri cautelam, quod si aliquis vestrum forte pro hoc anno totum aut partem solvisset, totum id et quidquid pro praesenti subventionem solveritis illud cedet et computabitur vobis in futuris solutionibus talliarum, censuum et afflictuum per vos debendorum praefatae Camerae. Quas solutiones per vos faciendas, vobis promittimus fore acceptandas et excomputandas in solutione dictarum talliarum praesentium et futurarum: dantes eidem Jacobo, tenore praesentium, plenum potestatem de receptis quietandi et quietationem

legitimam faciendi. Qui Jacobus valeat et possit auctoritate praesentium dictarum pecuniarium quantitatem solvere et assignare regio Commissario pro hac causa transmisso cuius nomen habeatur pro expresso a quo regio Commissario recipiat quietantiam sufficientem de dictis pecuniis solutis et assignatis per eum dicto regio Commissario. Super quibus omnibus eidem Jacobo, quaedam vobis n.ro nomine referenda commissimus cui velitis credere.

Dat. in terra Sancti Elpidii, die III octubris 1443, pontificatus SS.mi D.ni N.ri Eug. IV anno tertio decimo.

F. LAVESIUS (p. 39 v.).

* * *

(p. 279).

Bolla di Eugenio IV in favore di Monsanpietrangeli (1).

Eugenius Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. — Consuetam apostolicae sedis clementiam erga illos, qui a gremio Sanctae Matris Ecclesiae recesserunt, et ad eam cum humilitatis spiritu revertuntur, libenter piis affectibus exercemus, ut ii, qui sic redeunt, tanto erga ipsam fideiiores existant, quanto illius benignitatem gustaverunt pleniorum. Sane pro parte dilectorum nostrorum filiorum universitatis et hominum terre Montis S. Petri de Alleis, firmane diocesis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim dum Terra praefata illiusque districtus vi et metu, nec non armorum potentia per diversos hostes, rebelles, seu inimicos nostros, ac sanctae romanae ecclesiae, et praesertim per Franciscum Sfortiam de Attendulis occupati, sub illorum infandae servitutis iugo detinerentur, universitas, et singulares personae utriusque sexus, nec non incolae et habitatores tam ecclesiasticae, quam seculares dictorum Terrae, et districtus ab obedientia et devotione nostra, nec non praefatae ecclesiae deviantes, ipsis hostibus, rebellibus et inimicis, et Francisco Sfortiae publice ac notorie adhererunt, diversis criminibus, excessibus et delictis gravibus et enormibus forsitan inde secutis, factisque et perpetratis, penas, nec non sententias tam a iure, quam ab homine in talia perpetrantes inflictas et promulgatas incurrerunt. Cum autem, prout illorum petitio subiungebat, ipsi universitas, personae, incolae, et habitatores de praemissis dolentes ab intimis qua primum dilectus

(1) Dehbo alla cortesia dell' egregio Signore, Andrea Cardinali da Monsanpietrangeli, erudito cultore di storiche memorie, potere arricchire il mio lavoro di questo importantissimo documento, del quale tenni parola nella nota inserita a pag. 279 del testo senza averlo potuto marcare col progressivo numero romano, perchè mi venne favorito quando aveva già licenziato alle stampe quasi tutto il manoscritto.

filius nobilis vir Nicolaus Piccininus de Aragonia Vicecomes nostrarum et dictae Ecclesiae gentium armorumque capitaneus generalis cum pluribus gentium armigerarum copiis provinciam nostram Marchiae anconitanae pro illius, quae tunc per dictum Franciscum Sfortiam indebite occupata detinebatur recuperatione intrasset, captata temporis opportunitate, non absque personarum et rerum suarum periculo, ad nostrum et ipsius Ecclesiae gremium, fidelitatem et obedientiam redierint, nec non in obedientia et devotione nostra, ac successorum nostrorum romanorum Pontificum canonice intrantium, firmiter et in perpetuum persistere, et perseverare desiderent atque velint et costanter affirmant. Nec non dilectus Filius Noster Dominicus, tituli S. Crucis in Jerusalem Praesbyter Cardinalis, in eadem provincia dictae Sedis legatus attente considerans, quod ipsi nuper universitas, personae et habitatores in devotione et fidelitate praedictis firmissime persistentes contra praefatum Franciscum Sfortiam, eiusque grandem exercitum ac civitatem nostram Firmanam Nobis etiam tunc hostem et rebellem, constantissime et viriliter se opposuerant, ac in huiusmodi oppositione gravissima in personis et rebus iniurias ac damna pertulerant, nonnulla per ipsos universitatem et homines ipso dominico Cardinali humiliter porrecta Capitula sub certis modo et forma concesserit et signaverit, prout in supplicatione desuper habita, per eundem dominum Dominicum Cardinalem signata illiusque sigillo rotundo munita, cuius tenor inferius de verbo ad verbum inseri fecimus plenius continetur. Pro parte eorundem universitatis et hominum nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum eis super praemissis misericorditer et benigne agere, et Capitula praedicta, nec non omnia et singula in eadem supplicatione contenta et inde secuta pro eorum subsistentia firmiori robur apostolicae confirmationis adiacere et aliis eos apostolicis favoribus ac gratiis prosequi de benignitate apostolica dignaremur; nos igitur, qui cunctos ad nostram et praefatae Ecclesiae fidelitatem, gratiam ac obedientiam redeuntes paterna semper charitate complectimur, volentes eosdem universitatem, personas, incolas et habitatores specialibus favoribus et gratiis prosequi, ac sperantes quod ex hoc ipsi in nostra et praedictae Ecclesiae obedientia, fidelitate, et devotione huiusmodi persistent viriliter ac fortius in futuris, huiusmodi supplicationibus inclinati, tenore praesentium auctoritate apostolica, et ex certa scientia universitatem, personas, incolas, et habitatores praedictos ab omnibus et singulis excommunicationum, suspensionum, et interdicti, aliisque censuris et poenis in ipsos tam a iure, quam ab homine, et eorum quemlibet propter praemissa, vel ipsorum aliquod quomodolibet latis et promulgatis, nec non huiusmodi excessibus, criminibus et delictis, ac aliis quibuscumque malefactis, etiam si haeresis, laesae maiestatis, et apostasiae crimina fuerint per ipsos

et eorum quemlibet contra Nos, dictam Ecclesiam, fideles et subditos Nostros tam ecclesiasticos, quam saeculares, cuiuscumque status, gradus, religionis, ordinis vel conditionis fuerint, et alios quoscumque usque ad diem reditus eorum ad Nostram et praedictae Ecclesiae fidelitatem huiusmodi dicto, facto, vel consensu, seu consilio quomodolibet perpetratis, etiamsi super illis sit vel non sit cognitum, absolvimus et penitus liberamus, ac ipsis et eorum cuilibet omnia et singula excessus, crimina, delicta et malefacta praedicta, in quantum tamen concernunt, seu concernere quomodolibet possunt publicum interesse, aut Camera Apostolicam, remittimus, omnes processus, sententias, condemnationes, banna, poenas, et multas exinde sequuta eisdem scientia et auctoritate cassantes, ac de codicibus et registris ubicumque scripta sint capsari et aboleri mandantes ipsos quoque universitatem, incolas, personas et habitatores, nec non eorum haeredes et successores, qui alias de iure ad successionem bonorum, personarum, incolarum et habitatorum terrae et districtus huiusmodi decedentium ex testamento, vel alias ab intestato vocandi fuissent ad successiones huiusmodi, et quaecumque honores, dignitates, famam, officia, gratias, privilegia, dignitates, exemptiones, bona, iura, iurisdictiones, et actus legitimos nec non alias in integrum, et in statum pristinum, in quo ante huiusmodi commissa crimina, excessus, et delicta erant, totaliter restituimus, reponimus et etiam reintegramus omnemque ab eis inabilitatis et infamiae maculam sive notam per ipsos praemissorum occasione contractam abolemus. Interdicta quoque, quibus Terra et districtus huiusmodi, illiusque loca propter praemissa supposita fuerint, relaxamus, nec non omnes et singulos contractus et testamenta per ipsos facta et inita, processus quoque habitos, ac sententias latas in curia seculari Terrae huiusmodi inter eosdem personas, incolas et habitatores, dummodo alias legitime facta, inita, habita ac lata sint, nec non omnia et singula capitula in supplicatione contenta et inde secuta, illa rata et grata habentes scientia et auctoritate praefatis approbamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsitan, in iisdem capitulis et contentis in eis, intervenerint.

Et insuper taleas, census, affictus et alios proventus quocumque nomine censeantur, ac ex quavis causa debeantur quodcumque et qualitercumque, aut cuiusvis valoris sint, in quibus universitas, personae, incolae et habitatores praefati in die reditus huiusmodi nobis et eidem Camerae obligati existebant, in quantum etiam nos et dictam cameram concernunt, ipsis universitati, personis, incolis et habitatoribus liberaliter remittimus et donamus, praeterea non immerito considerantes, universitatis, personarum, incolarum, et habitatorum praedictorum ad nostras, et praefatae Ecclesiae fidelitatem, et obedientiam

cum tanto illorum, ut praefertur, periculo animosum et fidelem reditum, propter quem in perpetuum benevolentiam et favores nostros ac dicta sedis sibi non indigne vindicarunt, quodque etiam nuper dum dictus Franciscus Sfortia terram huiusmodi hostiliter invasisset, et per mensem vel circa obsedisset, ipsi in eorum constantissima fidelitate erga nos et dictam Ecclesiam remanserunt, ex quo non solum in bonis, sed etiam in personis detrimenta multipliciter substinuerunt, ut praefertur, ac propterea et quia etiam, ut asserunt, magnas in reparatione et fortificatione murorum, domorum et aliorum edificiorum eiusdem terrae pecuniarum summas exponere habent, seu proponunt, volentes eis in recompensam et in praemissis subventiones aliquas exhibere, scientia et auctoritate praefatis terram et districtum, ac universitatem, personas, incolas, et habitatores praedictos Romanae Ecclesiae immediate subiicimus, et a Civitate Firmana, eiusque regimine et communi eximimus et liberamus in omnibus, et per omnia, iusta primum capitulum per ipsum Dominicum Cardinalem signatum et inferius adnotatum, exemptionem quoque et immunitatem a solutionibus et pagamentis talearum, censuum, afflictuum et aliorum onerum quorumcumque eis per praefatum Dominicum Cardinalem ad viginti quinque annos eis concessas, et ad personas ecclesiasticas terrae seu districtus huiusmodi, dummodo in Ecclesiae Firmansae praedictum non redundet, ad alios quindecim annos a fine primorum viginti quinque huiusmodi computandos, extendimus et prorogamus; nec non ipsis universitati et universis et singulis personis, incolis, et habitatoribus terrae et districtus praedictorum quod ad solvendum, dandum, vel tradendum eorum creditoribus quacumque ratione, vel causa, qui non sint oriundi, vel habitatores dictorum terrae et districtus minime teneantur, nec ab ipsis creditoribus non oriundis, nec habitatoribus in personis, seu rebus, vel alias quovis modo usque ad quinquennium a data praesentium computandum molestari possint, scientia et auctoritate praedictis concedimus per praesentes non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque: et insuper ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Tenor vero dictae supplicationis sequitur, et est talis.

Descrizione dell' assedio, della difesa, dei saccomanni, delle ruine di Monsampietrangeli, e capitoli di questa terra col Cardinal Capranica.

Vestrae Reverendissimae Dominationi exponitur humiliter et devote, pro parte sacrosantae Romanae Ecclesiae et vestrae reveren-

dissimae dominationi fidelissimorum servitorum ac miserabiliter contra Deum et iustitiam oppressorum universitatis, regiminis, et communis, ac singularum omnium personarum castri Montis Sancti Petri de Alleis provinciae Marchiae Anconitanae, quod exponentes ipsi in fidelitate firmissima Romanae Ecclesiae existentes, et se murum firmissimum contra comitem Franciscum Sfortiam hostem et rebellem Ecclesiae notorium, eiusque pergrandem exercitum, ac contram civitatem Firmanam consimiliter hostem et rebellem constantissime opposcentes, gentes armigeras, pedites et equites pro eorum arbitrio pro defensione status Ecclesiae desideratissimo animo receperunt virum Jacobum de Gaviano cum duodecim, seu tredecim Conducteris cum eorum exercitu, et gentibus quot voluerunt, ad litteras Vestrae Reverendissimae Dominationis, cum omnimoda liberalitate, et post dictam receptionem, in fidelitate praedicta perfecto et laeto animo persistentes, hostibus antedictis se viriliter opponebant: quae libertas versa est in amaritudinem gravissimam, quoniam gentes armigerae praedictae exponentes ipsos fere universos de ipso castro expulerunt, domos, granum, vinum, oleum et bona eorum alia universa sacco manno ponentes, et, quod peius fuit, nonnullos ipsorum exponentium in ipso castro captivarunt, et captivos more hostili rescosserunt: et amplius in ipso sacco manno idem Comes Franciscus Sfortia cum suo praegrandi exercitu dictum castrum circum circa hostiliter obsedit, et obsessum tenuit per mensem, vel circa, cum bombardis, machinis, trabucchis et aliis ad ipsum castrum expugnandum aptis; quo quidem tempore gentes praedictae receptatae, tum pro defensione, tum pro voluntatis arbitrio maiorem partem domorum dicti castri destruxerunt et in ruinam posuerunt, et praesertim omnes domos prope muros dicti castri existentes, ut iam dictum castrum, fere domibus omnibus ruinatis, quasi solum remanserit, exceptis parte murorum non ruinata dictis machinis et bombardis, et certis reparis factis de lignaminibus domorum dicti castri ad defensionem eiusdem: et rursum extra muros dicti castri vinea, oliveta et arbores universa omnia universaliter succisa sunt per ipsum exercitum hostilem, ut ne una vitis, seu una arbor fere in toto territorio dicti Castri remanserit, quin etiam et radices dictarum arborum sunt funditus extirpatae et omnia solo aequata sunt, ut in toto dicto territorio, ubi fuerit arbor vel cultura, non appareat, prout haec omnia manifesta et notoria apparent, et praesertim apud Vestram R. mam Dominationem, et in tota dicta provincia. Et plane constat, quod nisi dicti castri resistentia obstitisset, idem Comes Franciscus Sfortia hostis antedictus civitates, terras, castra et loca universa Romanae Ecclesiae fidelia hostiliter occupasset, ut de fidelitate Ecclesiae in dicta Provincia mentio nulla foret. Et nihilominus gentes praedictae, ut praemittitur, receptatae, dictum castrum tenent etiam de presenti occu-

patum et ipsos miserabiles exponentes expulsos in ipsum reintrare non permittunt. Pro tanto supplicant humiliter quatenus, attenta eorum inconcussa et firmissima fidelitate ad romanam Ecclesiam, et quod pro ipsa romanae Ecclesiae fidelitate passi sunt exilium, cruciatus, sacco-mannum, et aversionem fere totalem dicti castri, et ut fidelibus romanae Ecclesiae detur materia in ea fidelitate continuo persistendi et ut ea, quae circa ipsos fient ad recompensationem, caeteris transcant in exemplum, ipsis exponentibus paterno compatientes affectu providere dignemini in forma opportuna, considerantes quod dictum castrum erat, et etiam est hodie populosum ultra trecentorum focularium et damnificati sunt, si quis vellet pietatis oculo eorum damnum existimare, ultra summam ducentorum millium florenorum; et praesertim in praedictis, quae particulariter, ut in fidelitate continua romanae ecclesiae persistere possint, suppliciter postulatur. Et primo petunt exponentes ipsi, quod castrum praedictum ac exponentes ipsi omni tempore sint et esse debeant immediate subiecti romanae ecclesiae, prout sunt et erunt civitates, terrae, castra et loca immediate romanae ecclesiae subiecta; et quod sint et esse debeant cum dicto castro, eorumque territorio, comitatu et districtu, universaliter et singulariter, liberi, exempti et immunes ab omni obligatione, seu subiectione, qua quolibet modo tenerentur, seu obligarentur quacumque ratione, occasione, vel causa civitati Firmanae, eiusque regimini et comuni, sive titulo comitatus dictae civitatis, sive titulo confederationis, seu alterius cuiuscumque subiectionis et obligationis, ita quod dictum castrum cum toto suo comitatu, territorio et districtu, et exponentes ipsi sint omnino et penitus separati a dicta civitate firmana, eiusque comitatu, territorio et districtu, prout sunt aliae civitates, terrae, castra et loca immediate subiecta romanae ecclesiae, ita quod dictum castrum et exponentes ipsi solum et dumtaxat immediate subiecti remaneant romanae ecclesiae, et quod nullo unquam tempore redigi, submitti, seu subiici possint, vel debeant dictae civitati firmanae, vel alicui alio dominio; sed liberi et securi semper sint et gaudeant sub immediata fidelitate romanae ecclesiae antedicta. « *Placet* ».

Item, quod exponentes ipsi, attento maxime quod eorum privilegia, et indulta ac statuta verisimiliter perdita sunt propter sacco-mannum antedictum, habeant et habere debeant omni tempore potestatem et facultatem liberam ordinandi consilium et regimen eorum ad fidelitatem romanae ecclesiae et pro bono ipsorum regimine, prout ipsis pro temporibus videbitur convenire. Et quod ipsum consilium et regimen dicti castri, pro temporibus ordinatum, possit omni tempore ordinare, firmare et statuere, quae eis pro temporibus utilia videbuntur pro eorum regimine et gubernatione, et semper sub immediata fidelitate ecclesiae antedicta; et quod habeant et habere

debeant cognitionem et omnimodam iurisdictionem in primis causis civilibus quibuscumque, nec non causis criminalibus et mixtis quibuscumque, poenam sanguinis non imponentibus, in quibus causis poenam sanguinis imponentibus subsint immediate officialibus romanae ecclesiae in dicta provincia pro temporibus deputatis, salvo tamen casu fustigationis, quia poenam fustigationis possint ipsi pro delicto imponere et de ipso delicto cognoscere et punire. « *Placet, quod fiat diligentia ad reperiendum statuta vestra antiqua, quia vobis honore et comodo erit non transgredi terminos, quos posuerunt patres vestri: quod si reperiri non poterunt, placet de regimine ordinando et statutis, dummodo non sint contra libertatem ecclesiasticam: Placet etiam de cognitione civilium causarum; de criminalibus placet, prout fit in Monte Ulmi, et Sancto Justo* ».

Item, quod exponentes ipsi possint et debeant omni tempore sibi eligere potestatem de terris fidelibus romanae ecclesiae, et reliquos officiales quoscumque occurrentes eligere pro regimine et gubernatione ipsorum de terris fidelibus antedictis, qui potestas habeat iurisdictionem et cognitionem, et cognoscere et decidere possit in causis in proximo capitulo contentis, et reliqui cognoscere possint, prout eis commissum fuerit per supradictum regimen et consilium, et iuxta statuta per dictum consilium et regimen pro temporibus ordinanda. « *Placet, ut comune eligat tres, et unus confirmetur per superiorem legatum cardinalem firmanum* ».

Item, quod attentis tot calamitatibus ipsorum exponentium et eorum fidelitate, dignemini eos reddere et facere in perpetuum liberos, exemptos et immunes in solutionibus et pagamentis talcarum, censuum et affictuum, et aliorum onerum quorumcumque impositorum, seu imponendorum in praeteritum, vel in futurum quacumque ratione, occasione, vel causa per officiales ecclesiae romanae, vel alios quoscumque, ut eorum fidelitas semper sit in viridi memoria in dicta provincia, et eis et aliis transeat in exemplum. « *Placet pro viginti quinque annis incipiendis a die finiti belli* ».

Item, quod si praedictum castrum non reparetur et fortificetur, exponentes ipsi non possent in dicto castro persistere, cum muri dicti castris bombardis et machinis hostilibus antedictis sint quasi totaliter ruinati, et ipsi in extrema paupertate et miseria constituti sint, providere dignemini, quod muri castris praedicti reparentur et fortificentur ita et taliter, quod semper possint et valeant in ecclesiae fidelitate persistere contra quoscumque hostes et rebelles eiusdem, sumptibus et expensis romanae ecclesiae, seu provinciae Marchiae, pro quibus tot calamitates passi sunt, ut consimiliter eorum fidelitas aliis transeat in exemplum. « *Finito bello, opportune proceditur, aut per generale parlamentum provinciae, vel modo aliquo alio sufficienti* ».

Item, quod exponentes ipsi possint per omnes terras provinciae archiae ire et stare cum eorum mercantiis et rebus sine solutione icuius datii, vel gabellae; et quod possint de dictis terris ad etum castrum, et de dicto castro ad dictas terras trahere, deducere ranum, vinum, oleum, frumentum et alia victualia, nec non animalia cuiuscumque generis sine aliqua solutione. « *Placet ad decem annos* ».

Item, attento quod, ut praedictum est, expulsi fuerint, et in sacco annum positi, et derobati sint vino, oleo, grano, frumento, bestiamine rebus universis, ascendentibus ad estimationem ducentorum millium arenorum, providere dignemini ipsis exponentibus de aliqua laudabili recompensa, ne prorsus mendicare cogantur et dictum castrum solo aequatum relinquere. « *Cogitamus continuo qualiter saluti illius castri procideri possit, et speramus in brevi, quod Deus faciat nobiscum misericordiam suam* ».

Item, quod omnes et singuli, qui in dicto castro de dicta provincia, et aliunde, fuerint ad ipsum derobandum, et qui de bonis ipsorum praedictis quoquo modo habuerunt, cogantur, sine figura iudicii et sine facto, ad restitutionem, quidquid habuerunt, etiam per concessionem reprehensaliarum contra terras, de quibus ipsi fuerint oriundi.

Placet: quod reprehensalias etiam placet, factis prius requisitionibus ebitis ».

Item, quod exponentes ipsi conveniri et costringi non possint singulariter et universaliter ad solvendum, dandum, et tradendum eorum creditoribus, quacumque ratione vel causa, qui non sunt oriundi, vel habitatores dicti castri nec ab ipsis creditoribus non oriundis, vel non habitatoribus dicti castri molestari quomodolibet possint in personis, vel rebus, seu aliter, quovis modo usque ad quinque annos proxime futuros. « *Placet; reseramus tamen nobis iudicandi arbitrium, si in aliquo casu nobis videtur creditoribus esse satisfaciendum* ».

Item, quod Judaei contra ipsos exponentes petere non possint aliquas usuras, et quod ad usuras aliquas eis in praeteritum non tententur, capitulis, privilegiis, ac aliis quibuscumque hactenus eis quomodolibet et qualitercumque concessis non obstantibus, quibus et praesentes plenarie et expresse derogatum sit, et intelligatur. — *Placet: et licet vos omnia nobis possibiliter mereamini et etiam plura, tamen quia experientia didicimus et continuo videmus, quod nimia centia populis saepenumero nocet, visum est nobis pro vobis utilius non plura concedere.* — DOMINICUS S. CRUCIS PRESBYTER CARDINALIS VICEGERMANUS APOSTOLICAE SEDIS LEGATUS.

Datum Recanati, sub nostri rotundi impressione sigilli, die XVII Aprilis sub anno domini MCCCCXLIV; Pontificatus SS.mi in Christo

LXIV

Patris et domini nostri Eugenii divina providentia Papae Quarti anno quartodecimo.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae remissionis, cassationis, mandati, restitutionis, impositionis, reintegrationis, abolitionis, relaxationis, habilitationis, approbationis, confirmationis, communionis, suppletionis, remissionis, donationis, subiectionis, executionis, liberationis, extentionis, prorogationis, concessionis, constitutionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, quartodecimo calendis iunii, pontificatus nostri anno quartodecimo.

B. ROVERELLA.

LXXX.

(p. 316).

Per la venuta di Donna Bianca Maria Sforza nella Marca.

.... Te quidem non ignaram esse existimo, unicum fratrem meum Rodulphum, Dominationis tuae servum, ex Varanea stirpe magnificentum et clarissimum habuisse genitorem. Tanto amore et charitatis vinculo illustrissimo ac potentissimo genitori tuo innixus erat, ut laudes eius semper ex dulci eloquio suo emanarent. Qua de causa indignae ac atrocissimae mortis supplicium innocens est perpessus. Unde effectum est, ut nobilissimo genitore orbati et regno pariter expulsi sumus. Idem vero praestantissimo principi, genitori tuo, Mediolanensium duci, paulo antequam in Domino obdormiret, supranominatum filium dereliquit, ut quem in vita dilexerat ei praetiosum thesaurum in morte commendatum faceret... Nunc igitur quaero et precibus quibus obsecro, pro miseris deprecari non dedigneris, qui solo affirmationis vocabulo servo praefato dilectissimo germano meo Camerini sedem restituere valeat.... Vale. Dixi.

(CONSTANTIAE VARANAE SFORTIAE *Pisauri Principis Orationes et Epistolae ad fulem ceteris Codicis nunc primum editae*, — Venezia, 1743. Miscel. di GIUS. BERGANTINI).

LXXXI.

(p. 316).

Guiniforte Barzizza fa elogi della suddetta Orazione.

Guinifortus Barzizius Constantiae Varanae S. P. D. — ... Nuper ex Johanne Mettio ad me perlatum eius orationis exemplum legi quam tu non sine audientium stupore, apud Marchionissam Blancam Mariam serenissimi ducis domini mei filiam habuisti: a cuius lectione cum me verborum ornatus atque soavitas divelli non sinit, tum ingenii tui promptitudo atque alacritas in ipso orationis ingressu, haud obscure expressa mirifice me delectat....

Mediolani, IV nonas iunii, 1442.

(BARZIZII GUINIFORTIS *Orationes et epistolae*. Romae apud Salvioni, 1723, p. 134-136).

LXXXII.

(p. 316).

Dall' Orazione di Costanza Varano: « Ad Alphonsum regem Aragoniae ».

.... Ut apud sacratissimae Maiestatis tuae pedes pro magnifico fratre meo Rodulpho, devotissimo servo tuo, humanitatem, clementiam ac regium favorem tuum orare non desinam ... Praeteritorum quidem dominorum gravissimo salutarique consilio totus hic noster campus Picenus in summa quiete constitutus iustissime gubernabatur: inter quos erat ille magnificus dominus genitor noster praeclarissimus, virtutum omni genere praeditus, qui non ob sua scelera a propriis civibus, sed ex improborum fratrum malignitate, ac perversa livoris macula, mortis supplicia passus est et innocentissimam animam Omnipotenti reddidit Creatori: cuius benignissimi Principis mortem non solum Marchia sed tota deflet Italia. Deinde post modicum temporis spatium Camerini populus et acrem et tanto sceleri debitam exolvere vindictam. Ex quo quidem serenitati tuae dilucidissime patet quantis malis incomodis et laboribus parvuli fratres ac omnium nostrorum innocentia oppressa fuit, dum aliorum nequitia dulcissimum parentem et antiquum amisimus principatum. Eam ob rem serenissimae Maiestatis tuae benignissimam clementiam oro, ac suppliciter obsecro ut fidelissimum servum tum Rodulphum Varaneum, fratrem meum, in avorum proavorumque nostrorum antiquam et perpetuam Camerini dominationem restituas

(COSTANZA VARANO, op. cit.).

BENADDUCI — *Francesco Sforza ecc.*

LXXXIII.

(p. 316).

Guiniforte Barzizza si congratula con Costanza Varano per la recuperata Signoria di Camerino.

Guinifortus Barzizius Costantiae Varanae S. P. D. — Non conabar, magnanima Virgo, verbis exponere quanta me laetitia invaserit, cognito vestro in tetrarchiam istam reditu glorioso: tum quod minime ad id verborum copia succurrit mihi, tum quod temporis angustiis premar, ac vereor ne simile accidat, quale superioribus diebus: cum illustrissimi principis ac ducis domini mei literas ad vos subsignandas ea hora accepissem, qua profecturus ad vos tabularius iam ad concedendum equum accinctus dicebatur, ut nullum mihi reliquum ad scribendum spatium viderem . . . Tu me commendatissimum apud Constantes dominas, matrem et amitam, apud Deo dilectos fratres, qua es benigna in me voluntate reddere stude. Vale, Musarum eo magnificentior hospes, quo pinguiori splendidiorique fortuna restituta es.

Mediolani, IV idus aprilis, 1444.

(BARZIZZA. Op. cit. pag. 142).

LXXXIV.

(p. 316).

Dall' Orazione di Costanza Varano: « Ad populum Camertem ».

. . . . Plurimum, dilectissimi Patres, me recreat atque refocet conspectus vester, prudentia, caritas, inesplicabilis benevolentia, intemerataque fides vestra, quae hodierna die per totam Italiam magno cum vestri nominis splendore patefacta est, dum magnificos dominos Varaneos, fratres meos amantissimos, dominum videlicet Rodolphum ac Julium nosque una omnes ad exoptatam patriam antiquamque praedecessorum nostrorum dominationem unanimiter revocatis . . . Immortales atque ineloquibiles vobis, amatissimi cives, illustris ac potens princeps, pater et dominus noster praeclarissimus. Galeatius de Malatestis, ac magnifica consors et dominarum omnium decus, mater videlicet nostra dulcissima, domina Baptista, magnifica et praeclara genitrix nostra, domina Elisabeth, et magnifici fratres mei, Rodolphus et Julius, et nos una omnes Varanenses pro tam magno et insuperabili beneficio gratias agimus . . . Nos postremo qui a vobis in tam clara donatione constituti sumus, firmiter promittimus

ac integra fide pollicemur, quod semper vestris iustissimis votis parati, non ut cives, sed ut patres, semper erimus veneraturi. Dixi.

(COSTANZA VARANO. Op. ct. pagg. 305-310) (1).

LXXXV.

(p. 317).

Il Conte Federico da Montefeltro tratta il matrimonio tra Alessandro Sforza e Costanza Varano.

Didicerat (Comes Fridericus) Alexandrum Sfortiam Comitis Francisci fratrem magno affectum desiderio ut Constantiam Petrigentilii Varanensis filiam et Galeacii ipsius neptem... puellam profecto non pudicitia modo sed ingenio doctrinaque praestantem... Aggressus igitur hac de re cum Galeacio familiariter commentari, invenit illum admodum difficilem magisque unquam extitisse. Tandem non multis ultroque citroque collatis sermonibus flectitur Galeactius remque omnem unius Comitis Friderici voluntati remittit. Proficiscitur mox Fridericus perinde atque salutandi gratia Firmum ad Franciscum Sfortiam, ab quo honorifice excipitur ac magnifice, etsi causam eius adventus Franciscus aliter ignorasset... Paulo vero post, captato tempore, cum multa Fridericus, ut fit, cum Alexandro Sfortia commentaretur, ingerit tempestive non ingratum de Constantia Varanensi sermonem, quo quidem ut ipso nomine exhilaratus Alexander, ubi multa curiosius quaerit, non inepte suggerit Fridericus: quid faceret si habere eam posset uxorem? Cui mox respondit Alexander: — Tradere equidem vitam ipsam. — At opus est, Fridericus respondit, aureis duodecim millibus, nam aurei sex millia erunt praetium eius dotis. Reliqua vero duodecim millia perficient summam octo ac decem millium aureum: hoc enim praetio tibi dabitur urbs Pisaurum. — Ac unde ego, Alexander subdit, tantum pecuniae praestabo, cui nihil est? — Bono, inquit Fridericus, te animo esse iubeo non difficulter me facturum, spero cum fratre tuo magnanimo et munificentissimo principe, ut hac te aeris quantitate adiuvet.

Idque effecit, nam cum primum Franciscum adiisset et hac de re longiorem cum eo sermonem habuisset, ostendissetque hanc futuram causam ut suum in Picentes statum et firmiter tueretur et facilius, non modo non invitus Franciscus sed etiam et libentissime et quam primum pro Alexandro fratre dinumerari iussit Galeacio Malatestae

(1) Nella *Riccardiana* di Firenze vi è manoscritta questa orazione nel codice 931, ha per titolo: *Oratio ad populum Camerini voce pronuntiata coram ipso per DOMINAM CONSTANTIAM*. — Incomincia: « *Si unquam, clarissimi cives* ... Finisce ... *non ut cives sed ut patres semper erunt* ». È senza data.

LXVIII

aureum duodecim millia quo implerent praetium totius Pisauri emptionis. Ita Constantia Varanensis Alexandro Sfortiae non minus Comitis Friderici quam Francisci Sfortiae beneficio uxor data.

(FRANCESCO FILELFO — *Vita di Federico Conte di Urbino.* — Ms. inedito della Vaticana. Cod. Urbin. 1022 pagg. 27 e segg.).

LXXXVI.

(p. 321).

Bando di Francesco Sforza contro i compratori del sale non camerale, di cui nomina dispensieri Nicolò di ser Antonio da Fermo, Jacopo di Filippo da Civitanova, Cicco Angelo da Montesanto.

Franciscusfortia etc. — Perchè nuy presentimo che alcuni homini de le terre nostre de la provintia nostra de la Marca vanno a comprare altro sale che quello de la Camera nostra, chè a la nostra Camera viene ad essere grandissimo preiuditio et dapno; pertanto comandamo ad tutti e singoli officiali, priori et comunità de le terre nostre de la detta nostra provintia, li quali vederanno questa nostra patente, che debiano fare bandire et comandare per li lochi consueti che non sia nissuna persona de chiunque conditione se fosse, che debbia comparare veruno altro sale che quello de la nostra Camera, lo quale se venderà e vende per li prudenti homini, Nicolò de Ser Antonio de la ciptà nostra de Firmo, Jacopo de Filippo da Civitanova et Cicco Angelo da Montesanto, nostri officiali et per loro fattori, alla pena de ducati XXV, applicanda alla Camera nostra, et de perdere le bestie et le some per qualunque persona contrafarà lu dicto bandimento advisando ciaschuno che immediate lu dicto bandimento dato, mandarimo li nostri officiali inturno et chi sarà invento ad contrafare el dicto bandimento, pagará de facto la pena, et perderà le bestie et le some secundo l'ordine consueto de la dicta salara. Insuper volimo che li officiali de le terre nostre facciano scrivere lu dì de la presentazione de lu presente decreto ad questa nostra patente, et non manche per quanto hanno cara la gratia nra.

Ex civitate nostra Exii, die XVI decembris, 1444.

JACOBUS (p. 43 v).

LXXXVII.

(p. 326).

Francesco Sforza fa cessare le rappresaglie contro Recanati.

Fr. Sfortia etc. — Notum facimus per praesentes quod represalee per nos concessae contra comunitatem, homines et bona civitatis Recanati ad instantiam d.ni Joannis et Catalli de Petritulo revocate et annullate sunt propter bonam concordiam habitam inter partes; mandantes quod nulla novitas fiat de cetero in homines et personas d.ae civitatis realiter vel personaliter quum conversari, morari, transire et recedere posse volumus sicut prius. In quor. omnium fidem promissor. transcribi fecimus n.risque sigilli impressione muniri.

Ex ciuitate n.ra Exina, die XXI febr. 1415.

JOAN. DE AMELIA legum doctor, auditor.

(Arch. Macer. Reform. del 1415, p. 2).

LXXXVIII.

(p. 327).

Francesco Sforza cede il monopolio del sale a Battista di Maestro Ludovico e Maso Mazzoli da Firenze.

Franciscusfortia etc. — Perchè havimo venduta la salara de la provintia n.ra de la Marcha de Ancona ad Battista de Mastro Ludovico et Maso Mazoli da Fiorenza et per mutatione de li tempi et variatione de le cose sono occorse in questa n.ra prefata provintia, non se ha potuto le cose ridurre al debito ordine et consueto; hora che le cose sono reducte in quiete et pacificu statu, resta reformare le cose che sieno reducte ad l' ordine primo debito et consueto, quale come è dicto, per le mutationi state sono deviate da quello. Pertanto volimo et comandamo ad tutti et ciaschun offitiale, priori et comunanze de la dicta n.ra provintia ad chi se aspetterà et adpertenerà et ad chi serra presentata la dicta n.ra patente, che facciano, ordinino et proibiscano ad ciaschuna persona de qualunque conditione et statu se sia, et ad ciaschuno locu ove se faccia saluca, ovvero sia conducta, o che se venda et per questo et per qualunque altro modo et via, sicchè non se use le dicte saluche del tutto effectualmente siano levate et tolte via, sicchè non se use le dicte saluche in alcuno locu, nè per alcuna via, perchè così avimo concessa et venduta la dicta salara, et facta questa promissione et pacti per capitoli expressi sotto pena delle costituzioni provintiali et statuti et decreti n.ri sopra ciò parlanti. Et insuper che dieno adiuto, consilgio et favore ad Bapti-

sta et ad Maso predicti, et ad tutti voy officiali, missi et facturi, in tutto quello da loro serrete rechiesti, sicchè in questo non volgiate fare el contrario a dicta pena et de la n.ra disgratia.

Dat. in ciuitate n.ra Exii, sub n.ri sigilli impressione, die X aprilis, 1445.

JOANNES DE ULEXIS (p. 45 v.).

LXXXIX.

(p. 327).

Francesco Sforza invia Raffaello Priguello e Giovanni Chiappani a riscuotere dai comuni della Marca il prezzo del grano fatto venire di Lombardia e loro renduto.

Fr. Sfortia etc. — Per far questa n.ra provincia de la Marca abundante de grani, adiocchè li popoli, quali sono stati oppressi de le guerre in forma che poco se ha potuto recogerre, non siano consunti da la fame, havemo facto condurre et mandare qua da alcuni mercatanti gran quantità de grani, de quali grani alcuna parte è stata venduta a alcune Comunanze et homini per prezzo de ducati 3 la soma fermata con credenza ad termino già passato; il perchè li dicti mercatanti del dicto grano hanno da noi mandato Raffaello Priguello cittadino de Cremona per li denari del dicto grano. Pertanto comandamo a tutti homini et Comunanze quale hanno havuto et comparato del dicto grano da noi, che, ricevuta questa, debiano pagare li denari secondo la rata che hanno havuta dal dicto Raffaello. Comandando insuper a tutti e singuli officiali n.ri, a cui sera presentata la dicta patente, che diano aiuto et favore al dicto Raffaello et Giovanni Chiappano quale li havemo dato a questa exactione per compagno ad exigere da li dicti homini et Comunanze omne quantità fosse debita per cagione del dicto grano havuto et comparato et debiano credere a li dicti Raffaello et Giovanni et exeguire quanto comandaranno circa ciò quanto a la persona n.ra propria sotto la pena del n.ro arbitrio.

Dat. in ciuitate n.ra Exii, sub n.ri sigilli impressione, die XXVI aprilis, 1445.

Jo. DE ULEXIS.

(Arch. Mac. Riformanze del 1445).

XC.

(p. 352).

Antonio De Rido da Padova, capitano, invia Giovanni da Milano a requisire buoi per il trasporto di legname da Sant' Elpidio a Fermo.

Antonius De Rido de Padua, Castellanus Castri Sancti Angeli de Urbe, S. D. N. Commissarius generalis, capitaneus etc. — Volimo et comandamo ad ciaschuna persona (cui) la presente lettera perverrà, omne replicatione, dilatione de tempo *et exceptione remota*, che ad Johanni da Milano n.ro familiare servidore presente exhibitore debia esser dati et assignati tanti bovi per quanti lu detto Johanni haverà bisogno et dimanderà per condurre omne edifitio et quantità de legname da li terreni di San Lopidio in fino dentro alla ciptà de Fermo, et cosi volimo et comandamo ad tutte Comunità, reggimenti, podestà et a qualunque altro ufficiale questa pervenesse, che a lu dicto Johanni darà adiuto et favore tante volte quante per lu dicto Johanni ne fosse domandato, non replicando per quanto hanno cara la gratia de N. S. et la sua indignatione desiderano schifare, et ad pena de 200 ducati et tanto più quanto ad noi parerà et piacerà, non obstante che ad tutte spese de chi adiuto et favore li fosse domandato non dacendoglielo, serà portato et loro pagando la pena sopra-detta et con loro lu dicto legname porterà, visis praesentibus, lu d.co Johanni sia obbedito quanto la n.ra propria persona.

Dat. in ciuitati Firmi, die VII ianuari 1446. (p. 46).

XCI.

(p. 352).

Alessandro Caetani, Auditore e Luogotenente del Cardinal Legato, scrive circa la necessità di espugnare il girifalco di Fermo, e all' uopo comanda inviare buoi per il trasporto di legname da Sant' Elpidio a Fermo.

Alexander Caietanus de Urbe, legum doctor, R.mi d.ni Legati provinciae Marchiae Auditor et locumtencus etc. — Cum enim nobis curam licet habere potissimam super his quae pro statu sanctae rom. ecclesiae et totius provintiae nobis a praefato R.mo D.no Legato sunt commissa, maxime pro obsidione et ruinis, pro destructione girifalchi firmani necessarie requiruntur; cum non solum populo Firmano sed totius provintiae in utilitatem cedit; hinc est quod pro huiusmodi destructione hi qui amatores sanctae romanae ecclesiae monstrant se

exhibeant promptiores non solum ope sed opere quantum facultas perhibeatur. Quamobrem pro nonnullis circa obsidionem et destructionem antedictam necessariis et opportunis sunt aliquae trabes et aliqua lignamina incisa in territorio terrae Sancti Elpidii ad Mare quae humano auxilio ad civitatem Firmi facile portari non possunt sed equis, ita ut ad ea trahenda animalia bovina exhibeantur; harum serie universitatibus et comunitatibus quibuscumque civitatum, terrarum et locorum provinciae ad quas praesentes advenerint ponimus in mandatis quatenus ad huiusmodi operis perfectionem ad omnem petitionem et requisitionem strenui Johannis de Mediolano provisionati magnifici castellani castri Sancti Angeli dent atq. consignent omnem quantitatem bobum et hominum quae ipse Johannes petierit et crediderit opportunum fuerit pro trahendo trabes et alia aedificia iam preparata, ut premittitur, ad dictam civitatem Firmi, sub poena et ad poenam ducatorum ducentorum et aliarum per eundem Johannem imponenda de facto Camerae sacrosanctae ecclesiae applicandorum, certificantes quod contra inobedientes huic nostri mandati procedemus ad dictarum penarum executionem, omni exceptione et remissione postposita secundum commissionem per praelibatum R. num D. num Legatum factam: mandantes insuper Prioribus et Potestatibus et aliis quibuscumque officialibus quatenus eidem Johanni praemissis pareant et actendant, favoribusque assistant opportunis toties quoties ab eo requisita fuerint.

Dat. Firmi, die XX ian, 1446. (p. 47).

XCII.

(p. 365).

Il Cardinal Capranica intima il pagamento del contributo per il capitano Jacopo da Gaivano a quei di Cingoli.

Dominicus tit. Sanctae Crucis in Jerusalem, Presbyter Cardin. Firmanus, Apostolicae sedis Legatus. — A tutte e ciascuna delle infrascripte città e terre salute et obedientia de' nostri comandamenti. Per lo venerabile Thesaurario della Marcha, de comandamento de N. S. et de nostra commessione, ve se fa uno comandamento, secondo vedrete per la sua presente, de certe taxe de pecunia necessaria per la prestantia et soldo del magnifico Jacopo de Gayvano, Capitano de N.ro Signore et de Sancta Ecclesia. Per la qual cosa vi comandamo, che infra el termine de la dicta patente, debiate haver pagata ciascuna

la v.ra rata a la pena del quanto e più da farsene la executione de fatto senza alcuna remissione.

Dat. Recanati, die XVIII iunii, 1446, sub n.ri parci sigilli impressione.

BENEDICTUS DE TURRE.

Camerenum, Sanctus Severinus, Cingulum, Fabrianum, Belforte, Tholentinum, Monticulum, Mons Sanctae Mariae in Cassiano et Mathelica.

(Dall' Archivio di Cingoli).

XCIII.

(p. 365).

Il Capranica fissa ai Cingolani un perentorio termine pel suddetto pagamento.

Dominicus tit. Sanctae Crucis in Jerusalem etc. — Nobiles viri, amici n.ri carissimi. — Como voi sovente siete stati più e più volte richiesti da noi e dal Thesaurerio, che a certo termine dovrete haver pagata la v.ra rata de li danari per lo Magnifico Jacopo da Gayvano, et non obstante li detti termini siano stati passati non li havete ancora pagati; pertanto per ultimo et perenthorio termine ve dicemo che se per tutto sabato proximo non haverete portata la detta rata in questa ciptà, da poi in là non haverete da fare più con noi, ma col praefato Jacopo, col quale poi ne havrete ad intendere, et ad noi non bisognerà più venire per tale casione.

Ex Rechaneto, die penultima iunii, 1446.

(a tergo) Nobilibus viris amicis n.ris carissimis Prioribus et Comuni Cinguli.

(Dall' Archivio di Cingoli).

XCIV.

(p. 365).

Jacopo da Gairano scrive a quei di Cingoli per averne la rata del contributo loro assegnata.

Jacobus de Gayvano S.mi D.ni Nostri armorum capitaneus. — Magnifici D.ni tamquam fratres carissimi.

Me scrive el R.mo Monsignor Legato, che v'è tassato de questa mia prestantia seicentotrentacinque ducati, et che se per tutto sabato non li portate, non voglia fare la executione contra di voi. Et perchè so certo farite ne li fatti miei como ne li v.ri, vi prego vogliate fare

con effecto che li denari siano prima consignati per non isdegnare più Monsignore. Item perchè ne ho grandissimo bisogno per la expeditione di questi mei. Valet bene.

Ex Firmo, penultima iunii, 1446.

(a tergo) M.cis d.nis ut patribus carissimis Prioribus terrae Cinguli.

(Dall' Arch. di Cingoli).

XCV.

(p. 368).

Il Cardinal Capranica a quei di Cingoli fa sapere, che Raimondo Boilo, vice re di Aragona, sta per giungere con due mila soldati: si lamenta dei danni loro recati dal Conte Francesco, delle relazioni che hanno col nemico, li esorta alla fedeltà e alla fiducia.

Dominicus Cardinalis Firmanus... Nobiles viri, amici n.ri carissimi. — Inteso quanto per v.re lettere ne scrivete del dapno ve hanno fatto quelli de lu Staffolo et de le minaccie ve facciano, et similiter de la revocatione del salvoconducto del Conte. Breviter ve respondemo, che del dapno havete avuto, ne rincresce et dole summamente: de le minaccie ve fanno et de la revocatione del salvoconducto, vi certificamo che per la gratia di Dio non havete nè haverete ad timere loro minaccie, advisandovi che il vice-re (Raimondo Boilo) da Fermo vene de qua cum doi millia persone. Et più hiersera recevetimo lettera dalla Santità Sua, come tuttavia se ne viene senza perder tempo et prestissimo sera de qua, et tanto presto che vi basterà ad fare molto bene li fatti v.ri. Et speramo che lui insieme col magnifico Giacomo de Gayvano che seranno de le persone quattromila providamente in forma, che non solo potrete fare li facti v.ri ma faranno sgombrare el paese a li detti inimici. M.^o Antonio de la Renza è appresso a detto vice-re per sollecitarlo al venir presto benchè non bisogni. Si che dateve bona voglia. Ceterum havemo inteso che alcuni de li v.ri hanno più practica cum lettere de l' inimici et che ne rincresce summamente et maravigliamone perchè non è honore, anzi un gran mancamento a voi et a noi. Pertanto provedete in forma che per ogni modo le dette pratiche siano in tucto levate, perche per la gratia di Dio non havemo bisogno de pratica de li inimici. Valet.

Dat. Rechanatt, I iulii, 1446.

(a tergo) Nobilibus viris amicis n.ris carissimis, Potestati, Prioribus et Comuni Cinguli.

(Dall' Arch. di Cingoli).

XCVI.

(p. 370).

Il Cardinal Capranica ordina a quei di Cingoli la spedizione di buoi e guastatori a Sanseverino per trasportare alcune bombarde a Fabriano, e affida la custodia delle stesse a Ser Simone della Serra.

Dominicus tit. Sanctae Crucis in Jerusalem Presbyter Card. Firmanus, Apostolicae sedis legatus. — Ad tutti che questa n.ra patente sarà presentata, cioè Potestati, Priori et Comunità de le infrascripte terre, salute e obedientia de li n.ri comandamenti. È n.ra intentione che queste bombarde quale furono conducte qua per stato de Nostro Signore e pace di tutta la provincia si conducano verso Fabriano. Et pertanto volemo et comandamove per quanto havete cara la gratia de la Santità de N. S. et n.ra, che subito, visis presentibus, ciaschuno abbia messo in puncto la taxa de li bovi et guastatori cum le cose necessarie sino ad Sancto Severino, e li facciano capo a Ser Simone de la Serra conductero de le dicte bombarde, advisandovi che li dicti bovi et homini non restaranno salvo due giorni et poi se ne torneranno. Si che per cosa alcuna non mancate de quanto ve scrivemo, che molto ce lamentaremo de quegli che desobbedissero et daremoli ancora punitione.

Recanati, die XXIII iulii, 1446.

BENEDICTUS DE TURRE.

Sancto Severino, Bovi para 10, Guastaroli, 10 — Cingoli, Bovi para 8, Guast. 8 — Montecchio, Bovi para 6, Guast. 6 — Tollentino, Bovi para 8, Guast. 8 — Matelica, Bovi para 8 Guast. 8.

(Dall' Arch. di Cingoli).

XCVII.

(p. 370).

Giusto da Valmontone, Tesoriere della Marca, trasmette un editto del Cardinale Capranica con cui fa obbligo restituire alla Chiesa i beni degli Sforzeschi a norma delle costituzioni del Cardinale Egidio Albornoz.

Justus de Valmontone S.mi D.ni n.ri Cubicularius et in provintia Marchiae pro eodem S.mo D.no n.ro Thesaurarius generalis. — Universis et singulis Prioribus, Potestatibus, Vicariis et officialibus quibuscumque quantumcumque civitatum, terrarum, castrorum et locorum

provinciae prelibatae salutem. — Noveritis per praesentes per R.mum in X.sto Patrem et d.num d.num Dominicum tit. Sanctae Crucis in Jerusalem presbyterum Cardinalem Firmanum in prelibata provincia apostolicae sedis Legatum ad iura apostolicae Camerae reperiendum et reperta recuperandum salubriter provisum et decretum extitisse sub hac forma seu tenore, videlicet.

Dominicus Card. Firm. in provincia Marchiae Apostolicae sedis Legatus.

Ad reprimendum malorum astutiam, et eorum maxime qui salutis immemores in apostolica Cam. fraudem contra constitutionem bone mem. d.ni Aegidii Card. Sabinensis tunc Apostolicae sedis Legati sub rubrica — *De bonis et rebus et iuribus rom. ecclesiae non occupandis et occupatis restituendis* — venire et facere numquam presumant. Ex auctoritate nobis ab apostolica sede concessa et vigore n.rae Legationis officii praesentium tenore decrevimus et omnibus et singulis detemptoribus sive occupatoribus bonorum quae ad Conitem Franciscum seu ad eius sequaces et Sforzescos pertinerent, spectarent et spectant apostolicae Camere confiscentur harum serie, precipiendo mandamus quatenus bona ipsa, sive bona, res et pecuniam Procuratoris Apost. Cam. requisitione Thesaurario in dicta prov. infra quintam diem post requisitionem factam tradere, consignare et cum effectu numerare et relaxare debeant, vel confiteri quod precario ipsius Camere nomine possideant infra terminum per ipsum Thesaurarium et Procuratorem statuendum consignandas et consignanda sub poenis in dicta constitutione contentis, videlicet excommunicationis et quadrupli quantitatis sive pretii rei non assignatae, ad quas poenas scientes etiam et revolventes teneri volumus et obligari. Et quilibet iudex et officialis cui per dictum Procuratorem asseruit, possit inquirere, procedere, exequi et punire summarie simpliciter et de plano iuxta constitutionis praedictae seriem et tenorem. Liceat etiam cuilibet detemptores huiusmodi accusare vel denuntiari et teneatur secretus quoad denunciationem seu accusationem, et quarta pars eius quae ad Cameram de sorte et pena pervenerit sit ipsius accusatoris et denuntiatoris, alia quarta pars officialis seu Judicis exequentis et reliquae sint ipsius Cam. Apostolicae, mandantes hoc n.rum decretum in aditis Palatii n.rae residentiae affigi et per omnes prov. civitates et terras publice praeconizari ita ut omnibus veniat in notitiam verisimiliter.

Dat. Maceratae, die XXV iulii, 1446.

BENEDICTUS DE TURRE.

Quare vos et vestrum quemlibet praesentium tenore requirimus et monemus pro parte prefati R.mi D.ni Legati precipimus et man-

damus quatenus, visis presentibus, decretum huiusmodi in publicum bandiri et promulgari faciatis ita ut omnibus veniat in notitiam iuxta prefati R.mi D.ni voluntatem et dicti decreti seriem et tenorem pro quanto S.mi D.ni n.ri et prefati R.mi D.ni Legati gratiam caripenditis et indignationem cupitis evitare.

Dat. Maceratae, penultima iulii, 1446.

Sanseverino, Montesarmato, Cingoli, Monte Santa Maria in Giorgio, Monticulo, Santa Vittoria, Santa Maria in Cassiano, Montelparo, Monte Filottrano, Rotella, Tolentino, Montalto, San Genesio, Montedenovo, Sarnano, Cossignano, l'Amandola, Monte Fiore, la Penna, Monte Rubbiano.

(Dall' Arch. di Cingoli).

XCVIII.

(p. 372).

Il Cardinal Capranica ordina a quei di Cingoli mandare a Fabriano gente d' arme per ricuperare la rocca di Serrasanquirico.

Dominicus Card. Firmanus, Ap. sedis Legatus. — Nobilibus viris amicis n.riis carissimis. — Essendo la Serra reducta all'obedientia de N. S. et de S. Ecclesia è bisogno che ognuno se sforzi a darle aiuto et favore per modo che la rocca che se tene se possa havere. Pertanto ve pregamo che tutto quello più aiuto potete mandare di qualche gente el mandate a Fabriano, dove anco saranno quelli de Sanseverino et altri per questa casione et pregamo non mancarci.

Ex Firmo, 7 augusti, 1446.

(fuori) Nobilibus viris amicis n.riis carissimis Potestati et Prioribus Cinguli.

(Dall' Arch. di Cingoli).

XCIX.

(pag. 372).

Il Cardinale Scarampi invia Nicolò da Caldarola uomo d' arme della Chiesa a quei di Cingoli.

Lodovicus Card. Aquileiencis, D.ni Papae Camerarius, Ap. Sedis Legatus.

Spectabiles viri amici carissimi.

Nicolò da Caldarola, homo d' arme de la Ecclesia, portadore de questa, ve dirà alcune cose per nostra parte; dateli fede quanto alla

LXXVIII

n.ra propria persona, maxime circa la conservatione de la Serra de San Quirico novamente redutta, et ancora circa el salvocondutto che volete cercare.

Dat. ex felicibus castris ecclesiae contra Thalacchium, die VIII augusti, 1446.

(a tergo) Spectabilibus viris amicis n.ris carissimis Prioribus et Comuni terrae Cinguli.

(Dall' Arch. di Cingoli).

C.

(p. 384).

Breve di Nicolò V in favore di Tolentino, cui si confermano i privilegi concessi da Eugenio IV e si assolvono delitti di ogni specie.

Nicolaus Epus servus servorum Dei. — Dilectis filiis, universitati et hominibus terrae n.rae Tolentini Sal. et Apl.cam Benedictionem.

Exposcit plena vigiliis Romani Pontificis quotidiana instantia ut circa singulorum suae sollicitudini commissorum fidelium salubrem statum apostolici ministerii partes ferventius impendat, ac ea quae pro ipsorum pace et tranquillitate profutura conspicit, remediis prosequatur et apostolico munimine et favoribus opportunis. Dudum siquidem felicis recordationis Eugenius Papa IV predecessor noster dictam terram ac universitatem et homines Tolentini Camerinensis Diocesis Apostolicae sedis ac Romanae Ecclesiae immediate subiectos infeudationes et concessionem dudum de ipsa terra factas fuisse et esse declarans nonnulla vobis gratiose concessit, prout in literis dicti predecessoris inde confectis, quarum tenorem praesentibus haberi volumus pro expresso plenius continetur. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum ac declarationi ac concessioni premissis ac aliis in dictis literis apostolicis contentis necessario quibuscumque immunitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati declarationes, concessionem, immunitates, gratias et indulta per quoscumque predecessores n.ros romanos pontifices vobis concessa et quaecumque inde secuta, rata habentes et grata ea auctoritate apostolica approbamus et confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Et insuper vos et vestrum quemlibet a quibuscumque excessibus, criminibus, delictis aut malefactis etiam si homicidii, heresis, laesae maiestatis seu apostasiae crimina fuerint per vos vel v.rum aliquem contra nos, dictam ecclesiam, fideles et subditos n.ros cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis et alios quoscumque usque in diem redditus v.ri ad n.ram et predictae ecclesiae fidelitatem dicto facto vel assensu quomodolibet

perpetratis etiam si super illis sit vel non sit cognitum absolvimus et penitus liberamus ac vobis et v.rum cuilibet omnia excessus, crimina, delicta, homicidia et malefacta praedicta in quantum tamen concernunt seu concernere possunt publicum interesse seu cameram apostolicam remittimus omnesque sententias, processus, condemnationes, banna, poenas et multas exinde secutas ex certa scientia et auctoritate apostolica cassamus et annullamus ac de codicibus et registris ubicumque scripta sint cassari et aboleri mandamus. Omnes quoque venditiones et alienationes bonorum mobilium et immobilium olim ad illos de Varano spectantium et pertinentium per vos vel universitatem v.ram factas, ratas et firmas esse easque prout per vos factae fuerint illibatas manere volumus et mandamus. Quodque si, quod absit, ullo unquam tempore universitas et homines Terrae aut districtus praedictorum aut eorum aliquis ab obedientia et devotione praefatis deviaverit, quoad illos quos deviare contigerit, praesentes literae sint cassae et irritae nulliusque roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam n.ri approbationis, confirmationis, communitiois, absolutionis, liberationis, remissionis, cassationis, annulationis, voluntatis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc temptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominicae, MCCCXLVII, decimeseptimo kal. aprilis, Pontificatus n.ri anno primo.

(Dall' Archiv. di Tolentino).



INDICE CRONOLOGICO

DEI DOCUMENTI INEDITI

-
1. La Signoria di Firenze a Nicolò Mauruzi. —
Firenze, 8 novembre, 1433 *Pag.* 12
 2. La suddetta a Luca di Messer Maso degli
Albizzi ambasciatore a Nicolò Mauruzi —
Firenze, 23 dicembre, 1433 » 22
 3. Capitoli tra il Conte Francesco Sforza ed A-
scoli-Piceno. — *Ascoli*, 25 dicembre, 1433 » I
 4. Boccaccino degli Alamanni ai Marchigiani. —
Macerata, 1 marzo, 1434. » II
 5. Id. — *Macerata*, 4 marzo, 1434 » III
 6. Id. — *Macerata*, 13 marzo, 1434. » IV
 7. Id. — *Macerata*, 19 marzo, 1434 » IV
 8. Foschino degli Attendoli ai Marchigiani. —
Sanseverino, 28 marzo, 1434. » 27
 9. Boccaccino degli Alamanni a Filippo, Priore
di Santa Croce in Montesanto. — *Macerata*,
5 aprile, 1434 » V
 10. La Signoria di Firenze a Ridolfo Peruzzi, am-
basciatore a Nicolò Mauruzi. — *Firenze*,
5 aprile, 1434 » 28
 11. Foschino degli Attendoli ad alcuni Comuni
della Marca. — *Macerata*, 11 maggio, 1434 » V
 12. La Signoria di Firenze a Francesco della Lu-
na, ambasciatore a Nicolò Mauruzi. — *Fi-
renze*, 13 maggio, 1434. » 29
 13. La suddetta ad Antonio di Ghezzo, amba-
sciatore a Francesco Sforza e a Nicolò Mau-
ruzi. — *Firenze*, 17 maggio, 1434 » 32
 14. La suddetta al Doge della repubblica veneta.
— *Firenze*, 27 maggio, 1434 » 33

15. Foschino degli Attendoli ai Marchigiani. —
Sant' Angelo in Pontano, 29 maggio, 1434 > VI
16. Gli ambasciatori di Tolentino ad Eugenio IV
in Firenze. > VI
17. I Conti Mauruzi Signori di Caldarola . . . > VIII
18. La Signoria di Firenze a Lorenzo di Bin-
daccio Peruzzi, ambasciatore a Nicolò Mau-
ruzi. — *Firenze*, 2 giugno, 1434 > 33
19. Paolo da Mogliano, Vicario del Cardinal di
Fermo, a quelli di Santa Maria Apparente
presso Civitanova. — *Fermo*, 4 giugno, 1434 > IX
20. Istanza di Giacomo Mauruzi e Andrea Ange-
lilli al Comune di Tolentino. — *Tolentino*,
12 novembre, 1434 > 43
21. Boccaccino degli Alamanni ai Marchigiani. —
Macerata, 21 dicembre, 1434 > X
22. Foschino degli Attendoli agli stessi. — *Mace-
rata*, 25 dicembre, 1434. > XI
23. Boccaccino degli Alamanni agli stessi. — *Ma-
cerata*, 18 febbraio, 1435 > XIII
24. Id. *Macerata*, 13 aprile, 1435 > XIV
25. Bolla di Eugenio IV a Tolentino. — *Firen-
ze*, 6 maggio, 1435 > XI
26. Boccaccino degli Alamanni ai Marchigiani.
— *Macerata*, 4 giugno, 1435 > XIV
27. Andrea, Abate di S. Ruffillo, agli stessi.
— *Macerata*, 4 giugno, 1435 > XV
28. Alessandro Sforza agli stessi. — *Rocca-
contrada*, 8 agosto, 1435. > 66
29. Id. — *Monsanpietrangeli*, 6 novembre 1435 > XVI
30. Id. — > > > XVI
31. Bolla di Eugenio IV a Tolentino. — *Bolo-
gna*, 21 marzo, 1436 > XVIII
32. Elena Tomacelli a quei di Macerata. —
Urbisaglia, 7 settembre, 1436 > XVII
33. Alessandro Sforza agli stessi. — *Ascoli*, 12
settembre, 1436 > XVII

34. Elena Tomacelli agli stessi. — *Urbisaglia*, 14 settembre, 1436. » XVIII
35. Id. — *Urbisaglia*, 18 settembre, 1436 . . . » XVIII
36. Alessandro Sforza ai Marchigiani. — *Dal girifalco di Fermo*, 18 agosto, 1437 . . . » 94
37. Id. — *Appignano*, 15 dicembre, 1437 . . . » 103
38. Condotta di Cristoforo e Giovanni Mauruzi colla repubblica veneta. — *Venezia*, 15 dicembre, 1437 » XIX
39. Alessandro Sforza ai Marchigiani. — *Sanseverino*, 4 febbraio, 1438 » 112
